

Hujus habetur & altera species oblongo & angusto folio. Sunt qui Narcissum Virgilii & Columellæ in hortis censeant: alii Condurdum Plinii lib. 26. cap. 5. alii Struthii, alii Behen rubri: alii Polemonii speciem: alii denique Limonium. Polemonii altera species, Dod. gal. Limonium MonsPELLIENSIS, Polemonium alterum & Polemonii genus Fontanoni, Gesn. hor. & app. Ocymastrum Valerianthion, Behen rubrum Belgarum, Saponaria altera & Struthion Aldroandi, Lob. Valeriana rubra, Dod. Taber. Cam. hor. Phu peregrinum Parisiensibus, Phu latifolium, Cam. 4. Polemonii species, Dod. Lugd. Valeriana inodora tertia, Centaurea media quibusdam, Cæsalpino. V. Valeriana PEREGRINA purpurea. Ex radice parva, fibrosa, albicante, caulis prodit pedalis, viridis, rotundus, canus, striatus, quem folia pallide virentia, pauca, oblonga, Nardi montanæ similia, integra, sine pediculis cingunt: quorum
 10 tamen superiora ad exortum in crenas dividuntur. Caulis in ramos brachiatur, qui quasi umbellam (cui duo folia subjiuntur) floribus elegantissimis purpureis oblongis refertam, sustinet: quibus succedunt vascula oblonga calyces referentia, in quibus semen, altero tamen vasculo inclusum, continetur. Spontè in Latio provenit, in loco quodam Siculo dicto (unde Valeriana Sicula) ut & in Sabinis: ubi & flore albo reperiri ajunt: nunc in hortis Italiæ habetur, & in horto Illustrissimi Principis D. Friderici Ducis Wirtembergici, & Teccii, Comitris Montisbelgard, Domini mei clementissimi, quem Joh. Bauhinus, ejus Cellitudinis Archiater, frater chariss. Montembelgardi colit, nomine Nardi Creticæ cultam legimus. A forma Valerianam peregrinam purpuream nominamus, licet Nobiliss. Cortufus Patricius Patavinus, horti que Medici præfectus, nostri amantissimus, Tripolium esse censeat, cujus opinioni favet icon Tripolii in manuscripto Codice Dioscorideo, quem Nobilissimus Pinellus, Patavii in sua Bi-
 20 bliotheca habet. Hanc cum pictam Valerianæ Indicæ Imperati nomine a Doctore Paschali Gallo, Pi-ctaviensium Medico, rei herbariæ studiosissimo, ex Italia accepissemus, nec descriptam inveniremus, & descriptum in nostro Phytopinace, & iconem adjecimus: quo loci circiter centum & sexaginta ha-tenus non descriptarum plantarum breves descriptiones legere licet, plenius Deo duce, in universali nostra historia hæc tractaturi, omniumque icones addituri. VI. Carpesium, Cæsalpinus Valerianam majorem esse censet: quare Castor in suo herbario sub Carpesii titulo Valerianæ majoris figuram, quam Matth. in secund. edit. & Lac. habent, posuit. Censuerunt Arabum aliqui Rusci fructum Cu-bebas vocari, & apud Galenum 7. simpl. & 1. de Antid. Carpesium esse: quia de Carpesio nil invenia-tur apud Dioscoridem, ut de Rusco nil apud Galenum. Sed falluntur, cum Rusci fructus & a Cubebis Arabum, & a Cubebis offic. differant. Cordus in sua historia Carpesium nominat, id quod Matthio-
 30 lus & Lobelius pro pipere Æthiopico pinxere. VII. CUBEBAE officinarum quid sint ambigitur: alii ex genere piperis, & nigro piperi congenere, Theophrastoque piper rotundum dici volunt: alii vi-ticis fructum (at facultatis diversæ) existimant: Sylvaticus, Rusci fructum: alii Carpesium Galeni statuunt: at Cæsalpinus, Amomi legitimi fructum pronunciat. Verum hunc fructum Actuarius non-
 40 bis vocat: Medicis Arabibus hoc seculo, Cubebe vel Quabebe. Arbor malo vulgari similis, foliis pi-peris sed angustioribus, ramis per arbores Piperis modo repentibus, cujus fructus racematim cohæ-rent. Duum generum adferuntur, partim maturæ, partim immaturæ ab incolis collectæ: immaturæ leves, rugosæ, nucleo exiguo, flaccido: maturæ, æquali superficie, nucleo intus distento, quare illis ponderosiores. Cubebas vocant, Cord. hist. Cast. à Costa, Tabern. Cubebas offic. Lac. Cubebas Actu-arii & Græcorum *καρυόπιον*, Lonicerus.

40

Μαλαβάριον.

MALABATHRUM.

CAP. XI.

Malabathrum [arbitrantur aliqui esse Indici nardi folium, falsi quadam odoris cognatione: per-
 multa enim nardum olent, quemadmodum phu, asarum, niris. Secus autem res se habet: ut non
 namque Malabathrum folium sui generis est, quod Indicæ gignunt paludes, lentis palustris modo legit in-
 innatans aquis, sine radice. Id collectum statim lino transiit, & ficcatur reconditur. Tradunt clusa.
 ficcatis æstivo fervore aquis, humum aridis fruticibus uri: quod ubi non evenerit, ne amplius qui-
 dem renasci.] Laudatur recens, ex candido nigricans, integrum nec fragile, odore caput feriens,
 quod diu in suavi odore permaneat, & nardum lapore imitetur, nullo salis gustu. Infirmum verò, &
 50 minutim contusum, præsertim si cariosum virus olet, vitiosum est. Eisdem nardo sortitur vires: sed
 efficacius omnia præstat. Urinam vehementius ciet, ac stomacho magis prodest Malabathri vis. Lip-
 pitudinibus, inflammationibusque tritum, & in vino fervefactum commodè illinitur. Subditum lin-
 guæ, oris halitum, & suavitatem commendat. Vestium quoque odorem interpositum servat & ab
 erosione tuetur.

Malabathrum, quod plerique folium Indicum vocant, qui hac ætate viderit, habeo neminem. Nascitur (ut
 Dioscorides inquit) in India palustribus tantum locis, aquis absque radice innatans, lenticula aquatica
 modo. Sed nec inde amplius ad nos advehitur, quod fortasse indigenarum culpa perierit in India, quemadmodum
 & balsamum in Syria. Etenim Dioscorides refert, Malabathrum non renasci, nisi ficcatis æstivo fervore aquis,
 60 bumus aridis fruticibus peruratur: quod cum jamdiu fortè non sit à natura factum, vel potius sit ab indigenis
 omissum, ob eorum negligentiam, facile postea evenire potuit, ut Malabathri genus omnino deperditum sit. Plini-
 us libr. XII. cap. XXVI. duorum meminit generum, quorum alterum arboris cujusdam Syriacæ folium esse ait,
 his verbis. Dat & Malabathrum Syria, arborem folio convoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad un-
 guenta: fertilior est ejusdem Aegyptus: laudatius tamen ex India venit. In paludibus ibi gigni tradunt lentis mo-
 do, odoratus croco, nigricans, scabrumque, quodam salis gustu. Minus probatur candidum: celerrimè situm in
 vetustate sentit. Sapor ejus nardo similis esse debet sub lingua. Odor verò in vino subservefacti antecedit alios: hætenus
 Plinii
 Malaba-
 thrum,

D 3

Plinij

Plinius. Qui tamen præter Dioscoridum sententiam præstantius Malabathrum duxit, quod falsum est, non quod insulsum. Sed non desunt recentiores rei plantaria professores, qui sibi persuadent alia quoque haberi folii genera præter Indicum Malabathrum, Galeni primum testimonio freti, quod in uno, & eodem medicamento Malabathrini, & Foliati unguenti meminerit in libris de comp. med. secundum locos, tum de sanitate tuenda. Deinde, quod apud Jureconsultos trium Foliorum fiat mentio, lib. Digestorum trigesimonono, Titulo quarto de publicanis & vectigalibus. Ego vero longe aliter rem hanc se habere crediderim, quod (quantum viderim legerimque) non scripserint tradaverintque, Dioscorides, & Galenus nisi de uno tantum Folio, nempe de Malabathrino, nec ullus invenitur auctor, qui de pluribus scripserit inter Græcos: id quod affirmat unum tantum Folium fuisse apud antiquos. Nec obstat quod Galenus Malabathrini & Foliati unguenti meminerit in uno & eodem medicamento, quemadmodum Nardini & Spicati: siquidem mihi quidem perpetuo persuasit, Malabathrinum apud Galenum non differre a Foliato, quod Folium, & Malabathrum diversa sint medicamenta, sed quod diversa fuerit parandi ejusmodi unguentorum ratio, alterum Foliatum, alterum Malabathrinum vocari antiquitas, differentiæ tantum causa. Quemadmodum eadem de causa alterum Sampsuchum, alterum Amaracinum appellat Dioscorides, quum tamen nil aliud sit Sampsuchum quam Amaracum. Atqui illi venia danda est, quod primis in viridariis detenti, ad intima & secreta Galeni loca non penetraverint. Idem quoque sentio de Spicato, & Nardino, apud Galenum, cum nihil a Spica differat Nardus: nec aliter, mea quidem sententia, res se habere potest. Namque si Malabathrum & Folium, Spica & Nardus diversa essent plantæ, haud dubium est, quin Galenus ambarum meminisset in libris de simp. med. facultatibus: Id quod etiam non prætermisisset Dioscorides. Quantum vero ad Jureconsultorum auctoritatem attinet, negaverim ego nunquam trium Foliorum ibi fieri mentionem, nempe Malabathrini, Barbarici, & Pentasphæri. Argui non tamen affirmaverim titulo illi Digestorum esse credendum, quod pluribus ibi scateat mendis. Nam Cassianum (ita ibi legitur) Thuriæ, Aroma Indicum, Alchelusia, Sargogalla, Omerabi-
 cum, Carpasum, opus Busicum, Ferrum Indicum, Folium pentasphærum, de quo nullus antiquorum meminit, & alia nonnulla, quæ ibi depravate leguntur, & legi debebant, Caccamum, Thymiana, Ammoniacum, Agallochum, Sarcocolla, Gummi Arabicum, Carpesium, opus Bysinum, Ebenum Indicum, affirmant quidem nihil solidi, verique, de Folio Pentasphæro ibi haberi: quin etiam, nec fortasse de barbarico, de quibus nihil apud Theophrastum, Dioscoridem, Galenum, Plinium, posteritatis memoria traditum est. Ceterum demum nos hac tria reperiri Folia apud Jureconsultos, & concedamus hac omnia olim comportasse ad nos mercimoniorum negotiatores: probabunt ne ob id quæ tria faciunt Foliorum genera, tria illa apud Jureconsultos genere, aut specie inter se differre? Minime gentium, sed cognomine tantum dicant oportet, a regionibus in quibus provenit folium, aut a foliorum latitudine, angustiaque, sibi comparato. Quemadmodum enim cognomine tantum a locis imposito differunt Rha Indicum, a Rhabarbato: Costum Indicum, ab Arabico & Syriaco: Iris Illyrica, a Macedonica, & Africana: Indica Nardus, a Syriaca: Amomum Armeniacum, a Macedico: Crocum Coryceum, a Lycio & Cyrenæico: Styrax Cabalites, a Pisidica, & Cilicia: Thina Arabicum, ab Indico: Chia mastiche, a Cretica: Lacca Cambaitis, a Sumatrina: Manna Orientalis, a Calabrina, & alia plura medicamenta ab aliis: eadem profecto ratione tenendum est Folium Barbaricum, a Malabathrino Indico, cognomine tantum differre. Cum enim scribat Strabo lib. vigesimo quinto sua Geographia, ea omnia in aromatum & plantarum genere oriri in Arabia & Aethiopia, sub qua Barbariam Geographi ponunt, quæ in India Australi proveniant, nihil sane vetat, quin in Barbaria Malabathrum quoque nascatur, & præsertim cum scribat Arrianus antiquissimus auctor, se magnam Malabathri copiam reperisse in quibusdam Rubri maris insulis, quarum oras & littora legebat. Sed jam ad pentasphærum me confero, quod non Pentasphærum legi debere censeo, sed potius Hadrosphærum, aut Mesosphærum, aut microsphærum. Siquidem Plinius de Nardi foliis scribens lib. 5. cap. 11. trium horum meminit, non quod specie aut genere differant, sed amplitudine tantum, & angustia foliorum, quæ in una & eadem planta, alia majora, alia minora, alia minima habeantur. Nec alia de causa selegisse ea negotiatores censendum est, quam quod hæc plura, illa minoris venderentur. Id quod manifeste indicare videtur Plinius eodem loco his verbis: Folia divisere annonam ab amplitudine: Hadrosphærum vocatur majoribus foliis, pretio x. x x x. Quod minore est Mesosphærum appellatur, emitur denarii sexaginta. Latissimum Microsphærum est minimis foliis, pretium ejus x. lxxv. Hæc ille. Sed vereor ne hic Plinius deceptus sit, quemadmodum in universa ipsius Nardi historia, in qua plura fabulosa deprehenduntur, imò, & ne una cum aliis quibusdam crediderit Malabathrum esse Indici Nardi folium, falsus odoris cognatione, ut recte libro primo de Malabathro scribens adnotavit Dioscorides, quod non deesset suo tempore, qui falsa hac opinione ducerentur. Namque non reperio apud ipsum, nec apud Galenum, aliosque antiquos Græcos, qui de Nardi foliis usquam meminerit, nec ea in medicum, aut alium usum verterit: imò ea silentio præterierunt omnes tanquam supervacua, & nullius usus. Quæ in sententia confirmat me Arrianus, quippe qui scribat in Periplo tres fere similes Malabathri differentiæ, sic inquit: Post hæc autem regionem, sub ipso Borea extrinsecus in quodam loco, ubi mare desinit, mediterranea quadam maxima civitas est, quæ Thina dicitur: ex hac lana, cum rudu, tum elaborata, tum in serica lintea contexta, Barigazam per Badra, terrestri itinere primum, atque inde in Lymiricam per Gangem fluvium deportantur. In Thinam autem hanc non facile pervenitur: raro enim illinc homines, iique pauci exeunt. Locus autem sub ipsa Urfa minore situs est. Dicitur autem conterminus esse his partibus, quæ deductæ a versaq, sunt à Ponto & Caspio mari, ubi palus Maotica, quæ proxima est, in mare sese exonerat. Quot annis autem in confinia Thina gens quadam ventitat, corporibus breves, sed horridi, & lata facie atque (& ut paucis dicam, hi Sefata nuncupari dicuntur) qui adductis secum uxoribus, & liberis vagantur ad tempus, & confluunt, ferentes magna onera, & culcitra, his quæ ex cruda vitis foliis fieri solent, non dissimiles. Hærent autem uno aliquo in loco, & ipsorum regioni, & Thina incolis consui, ac prædas agunt ad aliquot dies, culcitra, quæ diximus sibi substernentes: tandem domum in interiores sue regionis sedes serereipiunt. Qui autem de eorum discessu certi sunt, in loca conflunt, & stragula colligant, & enervantes calamos, quos petros vocant, duplicantes folia rotundantesque, ea calamorum villis consuunt: hinc tria genera efficiuntur. E majore enim folio, quod Hadrosphærum Malabathrum dicitur: è minore Mesosphærum, ex minimo vero Microsphærum: atque hinc sunt tria genera Malabathri quæ in Indiam postea deportantur: hæc ad literam Arrianus. Quibus facile adducor ad credendum Pentasphærum non esse per se genus, & depravate legi in Jureconsultorum digestis, ita ut censem unicum tantum esse Folium, nempe Malabathrum: & Syriacum Plinii Malabathrum, potius fabulosum esse, quam verum. Ceterum ex præscriptis Arriani verbis facile quisquam intelliget quam

Folii mentio apud Jureconsultos. Malabathrini, & foliati unguenti explicatio.

Locus digestorum Jureconsultorum emendatur.

Non pentasphærum, sed Hadrosphærum aut Mesosphærum legendum in ff.

Plinius in nardi historia deceptus

Malabathri historia ex Arriano.

Hadrosphærum, Mesosphærum, Microsphærum.

10

20

30

40

50

60

quàm fraudulenter, ne dicam infideliter citaverit ex eodem Arriano Malabathri historiam novus quidam rei plantariae
 vivit, dum mecum, ino potius secum, de Malabathro contendit. Quippe qui scribat gloriari Arrianum, se repe-
 risse Malabathri copiam (quod falsissimum est, nec usquam apud Arrianum extat) dum lictora, & oras rubri maris lege-
 ret: atqui ne solo hoc mendacio suam ornaret in nos calumniam, corollarium addidit, nempe, quod scribat idem, Thina-
 urbem sitam esse in fine Erythraei maris, ad quam quotannis gens ex Arabia proficiscatur: taceo alias fabulas, quas ex eo-
 dem autore sibi fingit, ut tantum vicisse videatur. Porro fortasse censebat sycophanta ille, qui misellum hunc docuit,
 non alibi fortasse reperiri Arriani Periplum, quàm in sua bibliotheca: sed quid plura de his, qui meretricum modo fron-
 tem perficere, quicquid, dolis tantum, & imposturis aliorum labores insectantur? Errant praterea recentiorum nonnul-
 li, in censendo TEMBUL (quidam hoc quoque Foly genus faciunt) quod putant hoc differre ab Indorum Betel: nihil
 enim inter se differunt. Siquidem, quod Indi Betel vocant, Arabes & Persae Tembul, & Tember appellant. Id illi conti-
 nuè mandunt, tam in otio, quàm in negotio, quod putant secunda valetudini multum conferre, corporibus vires adde-
 re, venerem augere, cor & cerebrum roborare: ubi autem copiosius edatur mentem movet. Idcirco mulieres Tarnasari
 in defuncti mariti rogum se ipsas injectura, tantum illius vorant, ut amentes efficiantur. Id aqua aspergunt, qua soluta
 fit calx & conchis parata, ac tunc demum vescuntur eo: sed hac perperam transcripsit novus quidam herbaria rei indaga-
 tor, quippe qui hac folia calce vel cinere circumvoluta, ab Indis devorari scribit, sed tam suave obsonium mihi non
 vendet. Est Betel folium planta, quae Hedera, Smilacive modo arborescendit, neque per se consistere potest absque peda-
 mento. Floret nunquam, nunquamque fructum profert: fo-
 liis est hac planta Citrio emulus, nervis quibusdam secun-
 dum longitudinem discurrentibus, ut in plantagine. Hac
 Alexandria Aegypti ad nos pluribus ante annis comportan-
 tur: nec desunt, qui loco Malabathri us utantur: Sed vide-
 ant illi an rectè, mihi verò Malabathri vicem nunquam
 prestabunt. Ubi enim Malabathro opus sit, Cassiam odora-
 tam, vel Indicam nardum supponendam putamus, Gale-
 num secuti, qui ita decrevit tum in succedaneis, tum etiam
 lib. VII. & VIII. simplicium medicamentorum. Quan-
 quam Fuchsius in libro, quem de compositione medicamen-
 torum novissimè edidit, dum ea perpendit quae Auream A-
 lexandrinam conficiunt, Malabathri loco Attractylis sta-
 tuit substituendam, Galenum (at inquit) in libello de substi-
 tutis medicamentis secutus. Sed certe non satis possum mira-
 ri Fuchsi virum alioqui doctrina & iudicio clarum, in
 hac re (ut mihi quidem videtur) manifesta, minus rectè
 sensisse. Nam ut omittam, in libro illo de medicamentis, quae
 inter se commutari possunt, qui amen liber Galeno adscri-
 ptus censetur, me nusquam legisse, quod Attractylis Mala-
 bathri vicem suppleat, sed Cassia odorata & Nardi spica:
 est Dioscorides hoc loco, est Galenus locis ante citatis in sim-
 plicium censu: qui uno quasi ore fatentur, eandem vim ha-
 bere Malabathrum, quam Nardum. Quorum equidem au-
 thoritati gravissima longè satius adherendum existimo.
 quàm ut temere fortasse sit Attractylis in Malabathri lo-
 cum substituenda: praesertim cum nobis non desit copia Nar-
 di & Cassiae odoratae: Attractylis autem vera, haecenus,
 mea opinione, desideratur, ut libro tertio suo loco latius o-
 stendemus. Quod etsi concedamus, hanc aliquibus comper-
 tam esse, tamen quis audebit ea uti pro Malabathro, etenim
 nullus, quod sciam, Attractylis odore commendavit: ut
 Malabathrum Dioscorides non solum odoratum fecit, sed

Sycophanta
 cuiusdā
 calumnia
 depulsa.

Quorun-
 dam et-
 tor qui
 Tembul
 & Betel
 distin-
 gunt.
 Tembul

Betel hi-
 storia.

I. BESEL SEU TEMBUL.



Fuchsi
 opinio
 explosa:

etiam id ipsum in tū cū dicitur, hoc est in odoris bonitate permanere affirmat. Excalscit Malabathrum (ut author est
 Avicenna) siccatq; ordine secundo. Malabathrum & Folium Indianum sic Graecè, Latine autem Malabathrum & Folium appellatur: Nomen
 Italice, Malabathro, & Folio Indiano.

I.

Hoc folio Indo adeo simile, ut idem esse multi credant, & misceant, ut Lusitanus fecit, quod Tam-
 bul Arabes & Persae vocare, Odoardus Barbosa auctor est: dicitur Tembul Avicennae, Betre,
 Garz. Betel, Cast. Betre sive Betle, Lugd. & Taber. II. Malabathrum triplex est: primum Dioscoridis,
 quod apud Plinium secundum est: alterum est, quod Plinius pro primo recensuit: tertium officina-
 rum est Malabathrum, cujus iconem ut & Betel adposuimus. Est autem officinarum Malabathrum
 quibusdam folium Caryophyllorum: aliis Cassiae folium: alij canellam (cujus figuram sequenti capiti
 adiecimus) putant. Folium officinarum seu folium Indum (quod ex India adferatur) est arboris pro-
 ceræ procul ab aqua nascentis folium, mali Medicæ folio simile, per extremum tamen angustius, co-
 stis tribus per longitudinem excurrentibus, colore viridi, odore quodammodo Caryophyllorum, non
 adeo vehementi ut Nardus, aut Macis, neque tam acuto ut Canella: qua de re Ludovicus Romanus,
 Aloysius Cadamustus & alii. Vocatur ab Avicenna Cadegi Indi, & à Betre seu Tembul, quæ apud Avi-
 cennam

D 4

cennam

magni ad omnia usus. Tritum vino excipitur, umbraque siccatum, quo diutius eduret reconditur.

† Addunt Meum exemp. & Drag. ἐπεὶ δὲ λεγόμενον, ὅ ἐστιν ψευδοκιννάμωμον καλεῖται, ἐν ἑστέῃ ἀπόδειξι καὶ παρὰ γεβόλοισιν, καὶ πολὺ μᾶλλον ἐλάττω ἐστὶ κιννάμωμον, κατὰ ὁμοίαν καὶ κατὰ γένος.

Natura omnium rerum patens, in hoc terrarum orbe quadam stirpium genera adeo inexorabilia procreavit, ut nequam plurimis quidem deliciis, blanditiis, officiis, obsequiis, ea apud nos quispiam retinere potuerit. Siquidem stirpes ipsae vivere coactae in hortis, viridariis, mitioribusq; Italiae locis, cum Tempe, omni amenitate refertis, quemadmodum alpini homines delicias urbium & maiestatem aspernantes, politici moribus omnino neglectis, non alibi, quam in suis mapaliis hilariter, ac jucunde vivere possunt: ita & ipse relicta caliditate, horrorumq; amantia, spreto item fontium oblectamento, omniumq; urbanarum ac familiarium stirpium consortio, in deserta, solitudinesq; suas, à quibus primam duxerunt originem, se tandem recipere, tantum patria natalisq; soli amor in rerum natura potest. In quarum genere cassia connumeranda venit: quae tametsi in maiore illa Romanae gentis fortuna multis ac variis horrorum locis consista habebatur: nullibi tamen hac aetate (quod noverim) in Italia, ne in tota dicam Europa invenitur. Sed haec de Cassia dixisse volumus simplicium medicamentorum peritissimos secuti, qui (ut eorum testantur volumina) nihil invicem differre censent, Cassiam quae in arborum genere Dioscoridi & Galeno recensetur, & eam, quae antiquis inter coronarias numerabatur herbas, quaeq; olim passim circa apum alvearia serebatur in Italia, quod ea maxime apes delectentur, & in hortis & viridariis coronis maxime expetita. Verum enimvero longe aliter hac res intelligi postulat, quod aliam repperim fuisse Cassiam (ut Dioscorides inquit) è felici Arabia allatam, ex arbore (auctore Theophrasto) viticis magnitudine, ab hac longe diversam, quam apibus, & coronis serebat antiquitas, quandoquidem fuerit haec verba, illa vero arbor: praesertim cum nullus (quod sciam) extet auctor, qui posteritatis memoria mandaverit, Cassiam adeo copiosam in Romanorum triumphis ex Arabia convehi solitam, ut inde vulgaris facta, ubique passim & reperiretur, & serebatur ab omnibus. Quod si forte evenisset, nunquam tamen mihi persuaserim, quod Galenus hac inscientia, & facultate omnium diligentissimus, & qui Roma diu vitam duxit, Italica Cassia historiam silentio involvisset. Plinius lib. x x i. cap. x. nonnullas memorans herbas, quorum folia odoris gratia in usum coronarum venerant, inquit: Ergo in coronamentis folia venere malothron, spireon, trigonon, cneoron, quod cassiam Higinus vocat. Id quod ante ipsum palam fecerat Virgilius, Cassiam inter coronarias herbas recensens, in Bucolicis ecloga ij. his versibus

Tum cassia, atque aliis intexens suavis herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia caltha.
Vix humiles apibus cassias, roremq; ministrat.
Nec circum cassia virides, & olentia late
Serpilla, & graviter spirantis copia thymbra
Floreat, irriguumq; bibat violaria fontem.

Et in Georgicis lib. ii.

Item Georgicorum lib. i i i.

Hec Maro. Quibus palam est, Cassiam coronariam, & qua tantopere delectantur apes, herbam, non arborem fuisse. Quod etiam testatur Plinius libro superius citato cap. x i. Verum hortis coronamentisq; maxime alvearia, & apes convenient, res praecipui questus, compendiiq; cum saviat. Harum ergo causa oportet serere thymum, apastrum, rosam, violas, lilium, cyrtum, sabam, ervilium, cernilam, papaver, conyzam, cassiam, melilotum, melissophyllum (lego myriophyllum) cerinthem: haec enim Plinius. His itaq; rationibus, auctoritumq; veterum testimonio innixus Theodorus, Cneoron Theophrasto, Cassiam appellat. Quamobrem potius fuerit credendum Cneoron Graecis vocatum antiquis coronariis fuisse Cassiam apibus gratissimam, quam eam, quae in India & felici Arabia provenit, cinnamomo persimilis, odoramentis & antidotis expetita, & quae per longas aetates cinnamomi vice usi sunt medici. Neque tamen propterea opinioni nostrae refragari putamus Columellam lib. iii. cap. v i i. de re rustica, ubi ita scriptum reliquit. Judeam & Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi, sed nec nostram civitatem praeditis egere stirpibus: quippe cum pluribus locis urbs jam cassiam frondentem conspiciamus, jam thuream plantam, florentesq; hortos myrrha & croco. Nam quamvis concedi possit Columella Cassiam ex Arabia allatam, urbis illustrande gratia, Roma suo tempore conspicuam fuisse in hortis procerum & Imperatorum, hoc tamen non prohibet, quin Cassia, quam prope apum alvearia passim sevit antiquitas, alia fuerit planta: praesertim cum hac inter herbas coronarias, illa vero inter arbores odoratas recensetur. CNEORON autem describit Theophrastus lib. 6. cap. 2. de plantarum historia, his verbis. Cneori duo genera, aliud enim candidum, aliud nigrum. Candido solum cutaneum, oblongum, figura quasi oleagineum: nigro quale tamarisci (sunt qui legant *μωρύν*, i. Myrto) carnosum. Candidum magis se humi spargit, odoratumq; est: nigrum odore caret. Radix ambobus, quae alte descendit, grandis: ramisq; permulti, crassi furculisq; ab ipsa protinus tellure, aut paulo superius sparsi, lenti admodum constant: quamobrem hisce ad colligandum iuncti modo utuntur. Germinant, florentq; post aequinoctium autumnii, & multum denique temporis florent: haec Theophrastus. Sed quamam plantam oriantur in Italia, vel aliunde eo afferantur, quae Cneorum referant, quid veri referam sanè non habeo. Haec lucinatur profecto Anguillarius, quippe qui nulla dubitatione sibi persuadet Lavendulam vulgò vocatam, Cneorum esse album: Nigrum vero, Rosmarinum coronarium. Nam praeter id quod Rosmarinum & Lavendula tantum inter se habent cognationis, quantum Laurus & Ilex, quod apertissime ejus errorem accusat, sunt & alia nota, quae illi omnino repugnant. Siquidem Cneorum utrumque (ut Theophrastus testis est) floret tantum post aequinoctium autumnii. Atqui Rosmarinum bis in anno florere scimus, nempe post aequinoctium vernum, & ante aequinoctium autumnii: in Lavendula vero astate tantum. Praeterea Theophrasto utriq; Cneoro radix est grandis & alte descendens: id quod nec in Lavendula, nec in Rosmarino quispiam vidit unquam, cum haec per summa ferè cespitem mediocres radices fundant, & ob id frigoris impatientes plantae. Adhuc Cneori utriusque rami flexiles lentisq; habentur, colligandis aliarum plantarum fasciculis apti: sed cum Rosmarini rami tales non sint, nec etiam Lavendula, cadit peritq; Anguillarii sententia. Praeter id Cneorum nigrum nullo esse odore scribit Theophrastus: siquidem non *ἴσχυον*, ut legit Anguillarius, sed *ἀσχυον*, cum Gaza & Plinio legendum est, qui album tantum Cneorum ex Theophrasto odoratum habet: id quod ipsa Theophrasti lectio manifestè indicat, quae sic habet. ὁ λευκὸς ἰσχυρὸς ἴσχυονός ἐστι, ὁ δὲ μέλας ἀσχυονός. Non ὁ δὲ μέλας ἴσχυονός, ut perperam legit Anguillarius: ea enim adversativa est oratio, nec ullo pacto vocem *ἴσχυονός* admittere potest.

Puerilis

Cassia
odorata,
& coro-
narum di-
scrimen.

Columella
cassia.

Cneori
descrip-
tio.

Anguill-
arii sen-
tentia co-
futa, dū
Lavendula,
Cneori
albū,
& Ros-
marinū
Cneori
nigrum
censet.

Puerilis enim esset oratio, non gravissimi auctoris Theophrasti, si locus hic Anguillarii modo legeretur: sed admodum

Cneorū,
chamæ-
lex non
est.

I CNEORUM MATTHIOLI.

Cneori
noviter
reperi
confide-
ratio.

Medico-
rum &
seplasia-
riorum
error, in
Cassia
succeda-
neo.



nonnulli atatis nostra doctissimi viri, stirpium historias diligenter examinaunt, detecta fraude, mercatores ex Ale-

II. CINNAMOMUM OF- ficin.

Pseudo-
cassia.

Cassia
legitima
est cinnamomum
vulgo di-
ctum.



quidem miror quod hec non noverit Anguillarius, cum ta-
men is plus Græca (ut audio) quàm Latina lingua professo-
rem se dicat. Postremo de Coronario Rosmarino scribens Dio-
scorides, nihil ibi Cneori meminit, quem tamen totum le-
gisse Theophrastum non ambigo. Aberrant etiam qui con-
tendunt Theophrasti Cneorum chamælexam esse, vel Thyma-
lexam, ut in Epistolis nostris satis superq; a nobis comproba-
tum est. Invenimus nos hoc anno in Bohemia sylvis plantam,
cujus hic imaginem damus, quæ omnibus suis partibus
CNEORUM candidum refert, siquidem cutaneum illi
folium est, & oblongum, rami flexiles, ac lenti, multi, sur-
culosiq; ab ipsa protinus tellure, aut paulo superius emer-
gentes, & humi sese diffundentes. Flores illi sunt insurcu-
lorum cacuminibus purpurei, odorati testiculi odorem rese-
ventes: radice nititur altè descendente, non tenui, quæ nota
albo Cneoro belle correspondet. At qui floret hæc (quantum
viderim) verno tempore, verum non ob hanc tantum repu-
gnantem notam adducar, ut credam hanc plantam Cneo-
rum aut ejus speciem esse, & præsertim cum à russicis
intelligam, florere etiam Autumno. Appropinquamus hic ejus
imaginem, & ejus historiam descripsimus, non tam tuen-
da opinionis nostra causa, quam ut ceteri rei planta-
ria periti de hac planta suum quoque judicium ferant.
Nam ubi ii Theophrasti Cneorum ipsam esse negaverint,
erit mihi satis superq; satisfactum, si Matthioli Cneo-
rum ipsam appellaverint. Sed jam ad Cassiam odoratam
redeamus, ob ejus cognitionem postmodum factum est,
ut recentioribus medicis, in ea recuperanda, investigandaq;
multum negotii accesserit. Namq; hæcenus tum medici,
tum seplasiarii (etsi plures jam respiciant) odorata cassia
loco quadam incognita arboris segmenta, nec odore, nec viri-
bus prædicata semper capefferunt. Veruntamen postquam

Alexandria mercimonia Venetias comportantes, cum suam
imposturam deprehensam cernerent, à negotio desciscen-
tes, in aliud novum Cassia genus segmenta illa commuta-
runt: quæ sanè præter odorem, pariterq; saporem, quibus
ferè penitus exoleta sentiuntur, Cassia à Dioscoride descri-
pta admodum habetur consimilis. Quapropter nec eos er-
rasse crediderim, qui dicerent, hanc Dioscoridis Pseudo-
cassiam esse, quippe & crasso cortice constat, & in ejus ca-
vitate lignosa etiam visitur materies, paululumq; est odo-
rata, minimeq; acris. Nonnulli hæc non contenti, quadam
vocati cinnamomi fragmina Cassia vice usurpant, quæ cum
nullo odore saporeq; commenduntur, potius quercum, vel
sagum, quàm Cassiam referunt. Cæterum, ut dicam quid
ego sentio, si quis fistulam, quàm cinnamomum perperam
appellamus, & vulgò Cannella, Cassia generibus rectè com-
paraverit, facile noverit vulgaris usus cinnamomum legi-
timam Cassiam procul dubio referre: quinimò diligenter
inquisituris, judicijq; trutinæ examinaturis hujusmodi
cinnamomi ingentem copiam, quæ magnis sacculis Venetiis
in mercatorum repositoriis asservatur, nimirum omnia
illa cassia genera, quæ à Dioscoride describuntur, facile
sefe offerent, quandoquidem mercatores (ut semper asso-
lent) ad expediendas deteriores merces bonarum lenoci-
nio, quas illis admiscunt, pro virili utuntur. Galenus itaq;
libro primo de antidotis multa Cassia genera recensuit,
ubi sanè Dioscoridem secutus, eam ceteris præstare saretur
quæ ziggi cognomine dicitur, hæcq; asserit cinnamo-
mum usque adeo emulari, ut essent, qui suo avo eam
cinnamomi loco venderent. Quò sit, ut admirari non li-
ceat, si hodie quoq; tot annis hæc deducta, protractaq;
consuetudine, ubiq; cassia pro cinnamomo venundetur. Nec
quidem longè aberrarent, si modo optimam seligerent,
quando-

quandoquidem Galenus eodem loco palam prodit, Cassiam saepenumero in cinnamomum transmutari, fateturq; se jam vidisse eximia Cassia ramulos omni ex parte cinnamomum referentes. Contra pariter inspersisse cinnamomi surculos Cassia prorsus persimiles, adeo ut asserat pro qualibet cinnamomi parte in componendis medicamentis, duas electa Cassia adhiberi posse. Describit item Galenus quoddam aliud deterioris Cassia genus, quod tradit juniorem Andromachum Cassiam fistulam nominasse, cum fistularum modo inani cavaq; sit, & crassi corticis: cuiusmodi in vulgari cinnamomo frequentissima conspicitur. Huius sane ea videtur esse generis, quam in suo conficiendorum pharmacorum libello praefert Cordus, quod velit cassiam, praeter Dioscoridis & Galeni sententiam, lubrici esse gustus. Porro Cassia odorata frustulum cum cortice & ligno suo interiore, nuper dono mihi dedit Serenissimus Princeps Ferdinandus Archidux Austriae, Dominus mihi clementissimus, ab integro ramulo abscissum, quem ille inter plures alias res non minus pretiosas quam raras, reconditum habet. Huius cortex colore quidem cinereo à nostro vulgari cinnamomo diffidet, non tamen odore ac gustu: quandoquidem mansus id ipsum, quod vulgus Canellam vocat, ori plane representat: at lignum, quod cortice contegitur, fragili constat materie, neq; ullo prorsus odore, saporeq; commendatur. Quare hinc facile colligi potest, corticis tantum ejus usum esse, atq; etiam Theophrastum non ab re memoria prodidisse, huius virgas in frusta secari, recentiq; bovis corio hac consui, ut vermiculis, qui ex eo nascuntur, lignum illud inutile erodatur. Caterum odorata cassia meminit etiam Virgilius praeter coronariam lib. II. Georg. ubi cecinit hoc carmine. Nec cassia liquidi corrumpitur usus olivi. Quin & Plinius Cassia meminit lib. XII. cap. XXIX. his verbis. Frutex & Cassia est, juxtaq; cinnamomi campis nascitur, sed in montibus, crassiore sarmento, tenui cute, verius quam cortice: quem contra atq; in cinnamomo levare, & exinaniri pretium est. Amplitudo fruticis trium cubitorum. Colos triplex: cum primum emicat, candidus pedali mensura: deinde rubescit addito semipede, ultra nigricans. Hac pars maxime laudatur, ac deinde proxima: damnatur vero candida. Consecant surculos longitudine binum cubitorum: mox praesunt recentibus coriis quadrupedum ob id interceptarum, ut iis putrescentibus, vermiculi lignum erodant, & excavent corticem tutum acrimonia, & amaritudine. Probatum recens maxime, & quae sit odoris mollissimi, gustave quam maxime fervens, potius quam lento tempore leviter mordens, colore purpureo, quaeq; plurima minimum ponderis faciat, brevi tunicarum fistula, & non fragili. Haec Plinius: quorum plura à Theophrasto transcribit, qui Cassia historiam tradidit lib. IX. cap. V. de historia plantarum, eamq; fruticem esse amerina magnitudine scribit: quae cum nullo pacto decorticari possit à ligno, cortexq; tantum utilis sit, ob id hominum industria inventum esse ait, ut coriis quadrupedum consuta,

Cassia transmutatur in cinnamomum. Cassia fistula Andromachi.

Cassia historia ex Plinio.

Cassia historia ex Theophrasto.

III. XYLOCASSIA.

IV. XYLOCASSIA SUBNIGRA.



interius lignum vermiculis devoretur. Caterum plane hallucinantur ii, qui Cassia fistula loco, siliquam Aegyptiam, sive Cassiam solutivam vulgo dictam, atram medulla, semine duro, lignosisq; membranis consarctam, medicamentis admiscunt Mauritanos secuti: siquidem Serapio, Avicenna pariterq; Mesues, sive sit ipsorum, sive interpretum lapsus, pari consensu Cassiam nigram, Cassiam fistulam vocare: legitimam vero Cassiam, de qua hic differit Dioscorides, Cassiam ligneam. Quamobrem certo crediderim, quod citra omnem censuram dici possit, in

Error quorundam, qui Cassia fistula loco, Cassiam solutivam sumunt.

omnibus iis medicamentis à Mauritanis inventis, quae Cassiam fistulam expetunt, solutivam illam esse inferendam. Si vero in Gracorum monumentis (excipio Aethiolum, & Nicolaum Myrepticum, qui à Mauritanis multa acceperunt) Cassia fistula inventa fuerit, vel in Mauritanorum compositionibus à Gracis transcriptis, Cassiam odoratam, à Dioscoride & Galeno descriptam, semper adhibendam existimo. Nisi medici secus intelligentes in eum errorem labi velint, in quem Leoniceus quosdam atatis nostrae medicos (quae profecto imperitia multorum est) temere incurrisse testatur, qui ad commovendos menses, difficiles partus, remorantesq; secundas Cassia dejectoria corticibus, odorata loco usquequaque utebantur. CINNAMOMUM vero, quod legitimum sit, quanquam diu multumq; tum Venetiis, tum Neapoli, & apud mercatores, qui fere quotannis in Alexandriam navigant, diligenter conquisiverim, nusquam id tamen mihi videre licuit, neque etiam percipere potui, nam hoc tempore apud magnos negotiatores, qui è Lusitania Indiam, & felicem Arabiam classe paratissima petunt, vel apud quempiam Principem, Regem, vel Imperatorem legitimum reperiri possit: quae de re minime demiror, cum & Galeni tempore

Cinnamomi confectio.

hujus magna in Italia fuit penuria, adeo ut Cinnamomum nullibi reperiretur, nisi apud Imperatores, qui admirabili custodia inter alia pretiosa illud asservari curabant. Cujus rei historiam in medium affert Galenus libr. 1. de antidoto, sic inquit. De Cinnamomo contraria iis, quae de opobalsamo narravimus, compertum habeo: persuasum namque mihi est, ipsum omnium cognitissimum esse illis, qui saepe optimum cinnamomum viderunt. Optimum vero consequi nemo potest, nisi repositum ab Imperatoribus intueatur, sex generibus quodammodo distributum: siquidem & in hoc ipso, velut & in cassia, optimi ad deterrimum tam magna differentia est, ut optima cassia a pessimo cinnamomo parum distet. Neque vero Cinnamomi virtus ad usum apta longo tempore durat: ad triginta siquidem annos, quam a principio vim habuit, integram non conservat: rugantur autem, qui Cinnamomum ex hisce medicinis esse dicunt, quae senectutem non sentiant. Atqui ego non centum, neque ducentum annorum intervallum, sed pauciorum, si quis ad tantum numerum conferat, jam aliquam mutationem vetustiori Cinnamomo scilicet observari. Quo tempore siquidem Antonino Imperatori theriacam paravi, vasa lignea, in quibus ejusdem generis Cinnamomum inerat, multa conspexi, alia Trajani, quadam Adriani, nonnulla Antonini, qui post Adrianum Imperator fuit, atate reposita: omniaque haec sese & saporis & odoris imbecillitate, vehementiaque, tantum plane superabant, quantum & tempore differebant. Olim & barbarorum terris arca cubitos quatuor & medium longa, Romam perlata cum fuisset, in qua Cinnamomi primi generis integra arbor erat, ex eoque Marco Antonino Imperatori antidotum quandam composuissim, ipsam ceterum multum praestare deprehendi, adeo ut Imperator quoque ea degustata medicina concoctionem, velut in aliis fieri solet, expectare noluisset, sed statim ea usus sit nondum integri duobus mensibus elapsis. Antoninum subsequens est Commodus, qui nec theriaca, nec cinnamomi curam ullam habuit, sub quo non solum arboris illius, quod superfuerat, omne dissipatum est, verum etiam quodcumque post Adriani tempora comportatum fuerat. Quo factum est, ut nunc Imperator nosset Severus, cum me sibi antidotum eo modo conficere iussisset, quo Antonino confeceram, ex Cinnamomo Trajani, & Adriani tempore me sibi antidotum eo modo conficere iussisset, quo Antonino confeceram, ex Cinnamomo Trajani, & Adriani tempore reposito sumere coactus sum, imbecillioraque, plane mihi visa sunt, & tamen nondum anni triginta intercesserant. Hic Cinnamomi optimi notas quasdam necessarias subicere volumus, ipsum scilicet summiopere leni odore, inexplicabilemque praeter ceteris bonum quandam odorem spirare, ac calidum gustantibus se multum exhibere, non ita tamen ut mordicando tristitiam palato inferat: colorem denique talem habere, qualem si quis lacti nigrum colorem admisceat, atque caerulei, quem vocant, aliquantulum addat. Ex hoc igitur quantum volebam, ut mos mihi fuit, cum accepissem, ramisculos paucos apud me reposui in ea apotheca, in qua res meas omnes pretiosas servabam: verum ipsa compusta, qua tempestate & delubrum pacis incensum est, & haec, & alia quinque Cinnamomi species, quas mihi conquiesce-ram, perire. Nunc itaque cum Imperatori nostro Severo theriacam componerem, ex Cinnamomo Adriani tempore reposito, quod optimum visum est elegi, de quo etiam utile quiddam lecturis subdere cum possum, id facere non gravabor. Super sunt adhuc ibi multa vasa lignea, quae omnia habent plurimum radicem, vel plurimum ramorum, vel ut quispiam dicere velit, Cinnamomorum differentias: nullum tamen veluti truncum, in ramos plures divisus attollitur, sed veratri utriusque figuram praese fert, atque etiam magis damasconi vocati, quod & Creta ad nos adfertur. Quare autem Cinnamomi species ab una radice, seu frutice quidam parvus confurgit, emittitque haec sex, illa septem virgulta, vel paulo plura, pauciorave, non aequali tamen omnia longitudine sunt, verum quod maximum est, pedis Romani dimidium non excedit. Universa autem Cinnamomi natura similis est quodammodo optima cassia. Haecenus de Cinnamomo Galenus. Cujus verba hic recensere libuit, ut omnibus palam sit, quod cum sub iis tam magnis Imperatoribus, qui toti fere orbi imperabant, tanta esset Cinnamomi penuria, admirari non debeamus, si se nobis penitus incognitum, rarissimumque reddiderit. Sed potius id mirum fuerit, quod cum hac aetate cassia plurimum afferatur, quae ut Theophrastus, & Plinius inquit, nascitur juxta cinnamomi campos, sed in montibus, Cinnamomi tamen nihil importetur. Quare non deest suspicio, quin omne fere Cinnamomi genus deperierit in Arabia, quemadmodum & balsamum in Judea, quandoquidem scripserit Plinius libr. XII. cap. XIX. combustas jam esse plurimas Cinnamomi sylvas, his verbis. Cinnamomi pretia fuisse quondam in libris denariorum mille: sed postea auctum id parte dimidia est, incensis (ut ferunt) sylvis, ita ne barbarorum id acciderit, an ob iniquitatem praepotentium forte, non satis constat: Aus-tros ibi tam ardentem flare, ut aestatibus sylvas accendant: invenimus apud auctores. Quo fit, ut facile credi possit a Plinii aetate id, quod Cinnamomi reliquum erat, pariter vel barbarorum bello, vel igneis flatibus deperuisse. Nam si aliter res se haberet, qui cassiam ad nos deferunt, cum multo plus lucri ex Cinnamomo, quam ex cassia se consecuturos sciant, Cinnamomum etiam una cum cassia reherent. Haec autem dixisse volui, non quod hac in re certi aliquid, exploratimque habeam, cum tantum conjecturis agam, sed ut aliis ulterius explorandi latius pateat iter. Ceterum Strabo non modo cum Theophrasto, Dioscoride, Galeno, Plinioque, cinnamomum in Arabia nasci scribit, sed etiam in India, ea scilicet parte, quae ad austrum vergit: quippe cum hac Arabia, & Aethiopia sole persimilis sit, ea omnia (ut ipse ait) gignit aromata, nempe cinnamomum, cassiam, & alia, perinde ac illa. Atqui nasci in Arabia Cinnamomum testatur Aristoteles libro nono cap. decimo quarto de historia animalium his verbis. In Arabia Cinnamomus avis appellatur, quam surculos Cinnamomi portare, ac nidos ex his conficere ajunt: nidificat excelsis arboribus & ramis, sed incolae sagittis plumbatis nidum petunt, atque ita discussum in terra Cinnamomum legunt. Haec ille: quae quidem Julio Solino pariter tradita sunt cap. XIII. de Arabia scribens, atque id etiam addit, Cinnamomum hoc pretius vendi amplioribus, quod magis quam aliud mercatores probent, ac etiam avem ipsam non Cinnamomum, sed Cinnamulum appellat. Verum tamen cur nec inde ad nos afferatur, an quod etiam ibi perierit, an aliam ob causam, ii manifestius referant, qui hoc tempore liburnis eo ad aromata conquirenda quotidie navigant. Sed videtur Galenus satis perplexus de Cinnamomo scriptitasse, quippe primum arcam Romam delatam prodidit & barbarorum regione longitudine cubitorum quatuor cum dimidio, in qua integra cinnamomi arbor erat, quibus omnino denotat Cinnamomum esse arborem. Deinde vero unamquamque Cinnamomi speciem scribit, ab una radice, seu frutice quidam parvus, confurgere, adeo ut majoraeque virgulta dimidium Romanum pedem non excedant: quibus proculdubio fatetur, Cinnamomum esse in partem fruticum genere. Unde certe nesciverim ego explicare, quid sibi hac in historia voluerit Galenus, praesertimque cum tam tenui ipsum sarmento esse tradiderit, ut veratri, vel damasconi radicibus comparaverit. Sed illud etiam mirum mihi videtur, quod ex cassia (ut ipse ait) Cinnamomum oriatur, spectenturque nonnunquam cassia arbores integrae, in quibus aliqua cinnamomi virgulta & cassia ramis prodeant, cum tamen Cinnamomum, & cassia diversa inter se sint plantae. Nisi forte esse inter utranque tanta sit generis cognatio, ut aliquando inventa sint cassia virgulta tanta odoris

- odoris saporisq; fragrantia, ut omni ex parte Cinnamomum referrent, etsi legitima fuerit cassia. Præterea non desunt, qui putaverint hac Galeni auctoritate freti, cassiam & cinnamomum ex una, & eadem arbore provenire, quæ dum pumila sit, cinnamomum edat, dum verò adoleverit, cassiam: sed cum dicat Galenus, cassiam mutari in cinnamomum, non autem cinnamomum in cassiam, cadit eorum sententia. Quibus etiam refragatur Theophrastus lib. 9. de plantarum historia cap. 5. ubi cassiam, & cinnamomum ostendit diversas esse plantas: licet de earum forma, & proceritate nihil certi exploratig; affirmet. Quandoquidem initio capituli, non ex sua, sed aliorum sententia scribit, cinnamomum & cassiam frutices esse magnitudine amerina: deinde verò alios etiam secutus auctores, cinnamomum fruticosum facit. Caterum cum scribat Strabo Arabes cinnamomo, & cassia uti ad ignem parandum, ceterorum lignorum loco, videntur hæc planta non esse adeo pumila, ut quidam scribunt. Quod de cassia facile dici potest, siquidem Venetiis cassia canella vocata fistula visuntur tantæ crassitudinis, longitudinisq; ut facile quisq; judicare possit eas & ramis, sen virgultis non sanè brevibus fuisse decerptas. Cinnamomi deniq; sex genera esse produntur à Dioscoride, & Galeno: sed is nullibi (quod sciverim) præterquam in libro de theriaca ad Pisonem, quem tamen librum spurium putamus, ea per genera descripsit, fortasse (ut solet) Dioscoridi se remittens, qui etiam tantum à locis, ubi nascuntur, plus minusve præstantiæ huic, quam illi reddidit. At Theophrastus citato numero loco longè aliter cinnamomi differentias haberi ait, his verbis: Cinnamomum decerptum in quinque partes discerni narrant, & esse præcipue bonitatis, quod germinibus proximum fuerit: idq; palmi longitudine cadi, aut paulo majus. Secundum quod sequitur, quod etiam minus casura est. Tertium deinde, & quartum notatur. Ultimum verò, quod deterrimum, proximumq; radici: hoc enim minimum corticis habet, in quo summa gratia est, non in ligno, quæ de causa præferri cacumina solent, quod corticis plurimum habeant: quidam sic ajunt. Alii verò Cinnamomum fruticosum enarrant, ejusq; genera duo, alterum nigrum, alterum candidum: hæc Theophrastus. Veruntamen cum nec is hac in historia aliquid constanter, affirmanterq; scribat, Imperatorem, Regemve quempiam desiderarem, qui humanam Rempublicam miseratus, explorandi Cinnamomi gratia in Arabiam, & Indiam mitteret, magnanimosq; illos imitaretur Imperatores, qui ipsius Galeni ævo ex iisdem regionibus sibi Cinnamomum comparabant. Id enim Cæsar noster Carolus quintus, si illi Deus opt. max. Christianam remp. pacatam redderet, commode consequi posset: vel fortasse commodius Rex Lusitanus, qui in orientalem Indiam sæpe ad aromata conquiritenda suas liburnicas mittit, quo in itinere universas felices Arabiarum oras explorare posset, quemadmodum & universam Indiam partem, quæ ad austrum spectat, ubi inquit Strabo Cinnamomum pariter nasci. Sed ô clarissimi Lusitania medici, si res medica vobis cordi est, si nostram cupitis ditare facultatem, medicumq; nomen extollere, si charitas vostenet, si naturalis humani generis juvandi amor vobis insit, jamjam provinciam hanc suscipite. Quippe si princeps vester hinc immortale nomen, universa verò reipublica commodum per quam maximum comparare posse à vobis intellexerit, cum omni pietate ac magnanimitate (ut audio) præditus sit, nulli dubium est, quin omne studium, auxiliūq; impendat, ut non modò Cinnamomum ipsum revocetur in lucem, sed & alia fortasse pleraq; medicamenta, quibus antiqua medicorum familia suas illustravit antidotos. Porro tametsi hæcenus illud mihi abundè probatum esse videatur, quod cassiam veram habeamus, desideremus autem optimum & legitimum cinnamomum, sunt tamen hæc atate scriptores, qui non cassiam solum, sed etiam cinnamomi genera inveniri tradunt, inter quos extat Fuchsius, qui libro illo de compositione medicamentorum, quem locupletatum postremò edidit, de cinnamomo differens, ita scribit. Sed haud dubiò in cassis canella refertis, & cassia, & cinnamomi genera reperiuntur, quare delectu opus erit, qui illa distinguere velit: distinguet autem notis utriusq; diligenter expensis. His nimirum verbis Fuchsius cinnamomum nobis verum non deesse asseverat. Sed quibus id rationibus, aut auctoritatibus comprobet, non video: nisi hoc acceptum referat Amato Lusitano, qui eò amentie devenisse videtur in suis enarrationibus, quas in Dioscoridem scripsit, ut apud nos cinnamomi genera inveniri, atq; etiam illud aroma notissimum esse contendat. Verum hujus ineptias ac vanitates plurimas alibi persequimur, ubi nos ab ejus calumniis defendimus: hic enim quod de materia medica sentimus, & ingenuè profiteri possumus, libenter scribimus. Quare ea sit nostra de Cinnamomo sententia, quæ à nobis antea suffus probata est, quam modò oporteat pluribus Fuchsium refellere, quem tamen doleo majorem fidem præstitisse Lusitani illius ineptiis & mendaciis, quam virum peritum deceat. Caterum illud tantum addam, quod nobis, qui Cinnamomum lignum non corticem esse ostendimus, mirari quidem subit Fuchsium, qui libro supr. citato eodem loco paulo post, contrarium scripsit, ut ejus verba, quæ subjiciam, aperte testantur. Cinnamomum, inquit, quod nobis Zeilam insula mittit, cortex est arboris quatuor fere cubitorum altæ, crassitudinis brachialis, sex vel septem è trunco mittentis ramulos, qui singulis annis amputantur, atq; iterum pullulant: quorum cortex, qui cinnamomum est, fit tenuis, odoratissimus, gustatu acris, & valde mordax, non tamen adeo ut moleste rodatur, mansum rutam oleat, &c. In hanc, meo quidem judicio, vanam opinionem Fuchsius non secus atq; in superiorem venisse deprehenditur, secutus Amatum Lusitanum, qui eandem fere prius, quam ille post cinnamomo effigiem reddidit, quanquam eam à quodam accepisse fatetur. Cinnamomi vires scribit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, sic inquit: Cinnamomum summè tenuium est partium, non summè tamen calidum, sed ex tertio ordine. Nihil autem aque desiccatur eorum, quæ parti sunt excalescendi facultate propter tenuitatem scilicet essentia. At Cinnamomum est velut imbecillum cinnamomum, nonnulli ipsam pseudocinnamomum nuncupant. Meminit & cassia eodem libro citato, ubi sic habet: Cassia exiccatur, & excalescit tertio quodammodo ordine, sed & tenuium admodum est partium, gustu verò plurimum in se acris deprehenditur, leviter quoq; nonnihil adstringens. Quamobrem ob hæc omnia incidit, simulq; digerit, quæ in corpore sunt recrementa & ad hæc robur etiam instrumentis addit. Idoneum verò etiam suppressu mensibus, cum videlicet a copia simul & crassitudine excrementorum, quod sufficiat, evacuare nequit: hæcenus Galenus. Caterum ex vulgari cinnamomo fit aqua stillatitia, quæ & odore & sapore id ipsum pulchre representat, eam autem extrahendi ratio hæc est. Sumito dicti cinnamomi quantum licet optimi libram, idq; leviter contrusum in vas vitreum vel æneum, quod matula formam refert, conjicito: dein aquæ rosarum stillatitia libras quatuor, & vini albi odorati sesquilibram infundito, vas illud in balneum aquæ repentis & non serventis imponito, atq; inibi ore vasis prius obturato, vigintiquatuor horis macerari finito: post id tempus vitreo organo rostrato, quod ab effectu galero vocant, vas antedictum cooperito, & igne fornaci succenso, per balneum aquæ ferventis aquam stillatitiam elcito, (verum canna stagnæa vel vitreæ, quæ duorum circiter cubitorum longitudinem expleat, organi vitrei rostro admovenda inferendaq; est) illi postremo vas vitreum subijcitur, quod manantem aquam excipiat: insuper providendum est, ut omnia vasorum orificia diligenter obstruantur, ne quid expirare possit. Hæc aqua contra omnes agri tudines, quas frigus excitaverit, efficax est: utpote quæ pituitam humorumq; lentitiam digerit, incidat, & absumat, flatuq; discutiat. Privatim verò ventriculum, jecur, lienem, cerebrum, nervosq; juvat & roborat: animi deliquio, cardiacisq; affectibus præsentaneo remedio succurrit: venenis, venenosorumq; animalium moribus adversatur: menses pellit, & urinam ciet: coeliacis auxiliatur.

Quorundam error, cassiam & Cinnamomum ejusdem arboris existimatum.

Cinnamomi sex genera à Dioscoride & Galeno.

Cinnamomi differentia ex Theoph.

Exhortatio ad Lusitanos medicos.

Fuchsii opinio reprobata volentibus & Cassia & Cinnam. genera inveniri. Amati opinio cinnam. notis refutatur. Fuchsii libri contrarius.

Cinnamomi vires ex Galen. Cinnamomus quid. Cassia vires ex eodem. Cinnamomi vulgaris aqua stillatitia ut conficienda.

Vires aquæ Cinnamomi vulgaris.

IV. CASSIA SOLUTIVA.

Cassia
solutiva
confide-
ratio.Aegyptia
siliqua
histor.Cassia
solutiva,
quæ præ-
stantior.Cassia
solutiva
vires.

Nomina.



tur: nauseam sedat, & fastidium abigit: uteri morbus perquam utilis est: prodest suspensio, resolutis, convulsis, & comitiali morbo laborantibus: gustui gratissima est, atque oris halitum commendat. In summa ubi excalfacere, aperire, incidere, digerere, & roborare sit opus, hujus aqua usus maximam præstat utilitatem.

Veruntamen quoniam nec Dioscorides, nec veterum Græcorum quisquam meminit CASSIAE SOLUTIVAE dictæ, quæ hoc tempore ad citandam alvum frequentissime utuntur medici, quamq; Aegyptiam siliquam recentiorum quidam appellant, ne hæc nostra lucubrationes tam nobili, tam præstanti, tamque humane salutis necessario medicamento destituantur, differam hic de eo, quicquid ex Mauritania compertum habeo. Aegyptia itaque siliqua arbor inter valde proceras annumerari potest. Hujus materies solida, compactaq; visitur, corricetenus buxo colore, medullis vero nigra, non secus ac ebenum, sive guajacum, radicibus magnis, recens graviter olet, sicca tamen minime. Folio constat siliqua, sed magis in acutum tendente, cortice cinericio, radicibus magnis juglandis modo: à ramis siliqua pendet, sesquicubitalis, prælonga, teretes, densa, ligneo putamine, sed tenui ac fragili, & cum maturitatem senserint, colore in rubrum nigricante: hæc nigra, dulcisq; replentur medulla, leni ac lento cremori simili, non tamen ut in osibus continua, sed crebris lignosisq; membranis distincta. Inheret unicuique membrana semen durum, siliquarum semini adeo simile, ut alterum ab altero discerni non possit, ex quo eum non errasse putaverim, qui crediderit, hæc plantas esse congeneres. Eligenda est, quæ ex Memphi, & Alexandria Aegypti convehitur, non admodum crassa, pellucens, recens, gravis, farcta, & quæ concussa, inclusis seminibus minime contrepit. Pulpa excalfacit, & humectat ordine primo. Eadem lenit, resolvit, sanguinem mundat, bilisq; fervorem extinguit: alvum item commodissime citat, ejusq; vis ventriculum non pertransit:

quapropter securissime datur à medicis inchoantibus febribus, aliisq; calidis morbis ante vena sectionem, quod tantum ventriculum repurget, & alvum emolliat. Nocet tamen intestinorum imbecillitate affectis, & his, qui admodum lubrici sunt, alias omnino habetur innoxia: tollitur id noxa admixtis myrebelanis, rhabarbaro, nardo, & massiche. Constipatis si detur, augenda est ejus facultas iis, quæ magis eadem vi pollent: proinde sunt, qui addant amygdalinum oleum, & psyllii spissamentum: urinæ difficultatibus mirifice auxiliatur, si cum urinam cientibus medicamentis hauriatur, vel devoretur. Aegre alvum excernit, eaq; propter nonnulli roborant ejus vires, addito hyssopo, vel caprino sero. Bilem, & pituitam excernit, nullo sane incommodo: pectus, & fauces mulet, & eorum inflammationes resolvit: venas à calculis, & sabulo expedit: præsertim si cum glycyrrhizæ decocto, aliisve medicamentis urinam cientibus bibatur: quinetiam frequenter devorata calculos renasci prohibet: quinimo sunt, qui affirmant, si quis quotidie ante prandium ternas pulpa cassiæ drachmas devoraverit, is nunquam calculos in renibus gignet, & à ventriculi doloribus, & apostematibus se perpetuo tuebitur: admodum præter hæc calidis confert febribus. Ceterum exterius illita erysipelas extinguit, ceteraq; inflammationes, quæ cutem emergunt. Sunt è recentioribus medicis, qui eam nunquam sui egrotantibus exhibeant, nisi picra pulverem admisceant, quod consilio factum existimo, præsertim ubi ventriculi, & intestinorum imbecillitas adsit. Quæ Græcis noxia, Latinis item Cassia nominatur: Arabibus, Selicha, Selche, aut Soliaha: Italis, Cassia, atq; etiam Itolorum vulgo Cannella: Germanis, Zimmet, seu Zimmetrörlin: Hispanis, Canela: Gallicis, Cannelle. Quod vero Græci καυδία, Latini quoque Cinnamomum dicunt: Arabes, Darseni: Itali, Cinnamome. Germani Zimmetrind: Bohemi, skorice. Cassia solutiva, sive Aegyptia siliqua: officinis simpliciter Cassia: Italis, Cassia: Gallicis, Cassé laxative: Bohemis Cassia.

CNEORUM Matthioli, Clus. Pann. Cam. hor. Cneorum album Matthioli, & Oleander Sylvestris Avicennæ, Lugd. Cassia Matthioli, Chamæla species, Taber. hanc forte Thymelææ minoris nomine Cordus in sua historia exprimere voluit. II. Cassia napæ τὸ νάπει, quasi νάπειν ἀπὸ τῆς ἰσχυρῆς τῆς αἰσθητικῆς, quod sensibus fragrantiam largiatur. Quam veteres Cassiam vocarunt, credimus officinarum esse Cinnamomum, quod vulgo Canella. Est autem Cinnamomum cortex arboris lauro non abfimilis, præsertim foliis, cujus baccae lauro similes sed minutiores, albicantes: hujus rami singulo triennio ab incolis inciduntur, (truncus enim quo novos stolones proferat, asservatur) qui delibrantur: cortex detrahitur fistulam representans (unde vulgo Canella) Cinnamomum vocatur: qui post tres menses à delibratione odoratissimus suavisque redditur. Cujus, ratione crassitie & bonitatis, differentiæ plures, siquidem præstent angustiores & leviores fistulae, odoris suavitatē & saporis dulcedine. Quibus verò fistula major & asperior, iis pro dulcedine restrictio linguam exsiccans inest, & minor odoris fragrantia. Adfertur ex India, ejus namque maxima copia in Zeilan insula Indici maris prope Aequinoctium. Plura, qui volet, legat Ludovicum Romanum & alios. Dicitur Cinnamomum, Cord. in Dioscorid. Cast. Tab. Lonic. (cui & Cassia odorata) Cæsalp. cui & Cinnamum. Canella, Clus. in Garz. Lugd. cui & Cassia lignea Græcorum. Cassia, Lob. Garz. & Therveto, cui & Cinnamomum & Canella, Quod verò officinæ communiter pro Cassia exhibent, nil aliud esse videtur quàm Pseudocassia Dioscori-

Dioscoridis & fortè Cassia fistula Andromachi junioris apud Galenum 1. de Antidotis, licet alii corticem Cassiæ Monspeliacæ, cujus iconem addidimus, esse velint. Verùm cum Gal. 1. de Antid. testetur Cassiam in Cinnamomum, & Cinnamomum in Cassiam transire, habeatque nostrum cinnamomum officinarum vires Cassiæ veterum, ejus loco usurpari potest & debet. Loco verò cinnamomi veterum, imitati Dioscoridem & Galenum, duplum nostri cinnamomi optimi substituamus: sic compositionibus xylocassiam, sive cassiam ligneam, sive odoratam postulantibus, cinnamomum nostrum in pari dosi immisceatur, qua de re plenius in tractatu de materia medica in officiis usitata agemus.

III. Xylocassia posita figura, siquidem Matthiolus moneat odoratæ cassiæ loco multos segmentis incognitæ arboris usos esse. Hujus, Xylocassia nomine, meminere Cordus in Dioscoridem, Lobelus & Lugdunensis historia: fortè Pseudocinnamomum Dioscoridis. IV. Xylocassia subnigra Lobelodicta, ea est cujus Matthiolus meminit cassiæ fistulæ Andromachi nomine: quam & Cordus in Dioscor. Cassiæ syringitis nomine expressisse videtur. V. Cassia Monspeliaca frutex parvus est, ex radice dura lignosa, subrufo crassoque cortice valde adstringente recta, virgas emittit cubitales, nonnunquam altiores, tenues, lentas, striatas, ex virore nigricantes, per quas folia lini rariora, at succulenta, gustu amaro

V. CASIA MONSPELLIACA.



sparguntur: flores muscoli ex herbaceo flavescentes corni æmuli, ad foliorum exortum prodeunt: quibus succedunt fructus pedicellis insidentes singuli, myrti æmuli, virentes primò, at maturi Asparagi fructui similes, in quibus osseus nucleus, medullam candidam dulcem continens, ipsa verò pulpa lenta, subdulcis primùm, dein acrimoniæ aliquid exhibens. Hanc in agro Monspeliaco frequentem observavimus: quamvis & in agro Romano & Hispania vulgaris sit. Cassiam poëticam vocitabant. Censent adversaria esse Cassiam Theophrasti, quæ in Dioscoride desit: verum nec Virgilii, nec Hygini est, quam odoratam dicunt. Oxyridis Plinii notas aliquas habet. Dicitur Cassia Poëtica Monspeliensium Adver. Lob. icon. & Cam. Cassia quorundam, Clus. hisp. (cui & oxyris quorundam & Polygonum Placæ, Plinii) Tab. Cassia lignea officina. Cæs. Cassia lignea maritima, quibusdam Genistæ marinæ species, Lugd. Radicis cortice sunt qui ad obstructions hepatis utantur. VI. Cassia fistula purgatrix: cujus inventionem Arabibus tribuunt, & ex recentioribus Græcis Aëtuario 5. de compos. med. κασσία μέλαινα dicitur: an hanc intellexit Theophrastus, cum siliquas quasdam Ficus Egyptias appellari scribit? Cassia fistula Arabum, Cassia nigra Græcis recentioribus, Faba Indica Aristobulo, Cord. in Diosc. Cassia fistula Dodo. gal. Lacu. Loni. Castori, Alpino, Taber. Siliqua Indica, Gesn. hort. Cord. hist. Cassia purgatrix, Lob. ob. Siliqua aut Cassia purgatrix Arabum Carrobiis similis, Lob. icon. Cassia nigra, Dod. Canna fistula, à Costæ. Cassia Egyptia sive purgans, Cam. hort. Cassia solutiva Monardis, Garziæ. Cassia, Cæsalp. Siliqua sive Cassia Cathar-

tica, Lugd. Hæc Cassia cum non sit aromatica, secundum methodum Dioscoridis huc referri non debet, sed inter arbores, quæ fructum ferunt edulem, nimirum ad siliquæ Dioscoridis caput.

Κασσία.

A M O M U M.

C A P. XIV.

Amomum [exiguè fruticat, ex ligno se convolvens, in racemi modum: flore, ceu candidæ violæ, parvo: foliis bryoniæ similibus. Laudatur quàm maximè Armeniacum, colore ad aurum vergens: ligno subrufo, abundè odorato. Medicum, quoniam in campestribus, & aquosis nascitur, infirmius esse constat: est autem magnum, subviride, tactu tenerum, frutice venoso, odore origani. Ponticum verò subrufum, & parvum, fragile, racemosum, fructu turgens, & odore nares feriens. Deligito recens, candidum, vel subrubrum, quod nec adstrictum cohæreat, nec convolvatur, sed solutum diffundatur, semine plenum, uvis parvis simile, grave, valde odoratum, modò cariem non contraxerit, acre gustu, mordens simplici colore non evariante. Vim habet calfaciendi, adstringendi, exiccandi: Somnum allicit, & illitum fronti, doloris sensum aufert: inflammationes, & meliceridas concoquit, discutitque: juvat quos scorpius percussit, ex ocimo illitum: & podagricis confert: inflammationes oculorum, viscerumque lenit ex uva passa: ad vulvarum vitia in pessis, aut in fessibus utile est. Decoctum jecinori, renibus, podagræ, potu convenit. Antidotis immiscetur, & pretiosissimis unguentis. Adulteratur Amomum herba simili, quæ Amomis vocatur, sed sine odore, sine fructu. Nascitur in Armenia, flore origani. Quare in hujusmodi rerum probationibus fragmenta fugienda sunt: eligenda autem, quæ ab una radice suos integros surculos emittunt.

Tanta medicorum, qui nos præcesserunt, in simplicium medicamentorum historia, & facultatibus ignorantia, se- Amomi gnitiq; extitit, ut nisi DEUS opt. max. acerrimi, & serè divini ingenii viros, hac ætate nobis produxisset in lucem, confide- ratio, qui

Conclusa non legitur Oribasius.

Meum & meum i. nō longum.

qui prater id, quod universam medicam facultatem ab erroribus sanè innumeris expurgaverint, eandemq; illustraverint, vera quidem simplicita medicamenta investigarunt: minime profecto verendum fuerat, quin parvo temporis tractu ars medica penitus subversa, extinctaq; remansisset. Et certè si longiori tempore res ita se habuisset, nulli dubium est, quin huiusmodi facultatis cognitio in auram evolasset, quandoquidem hac pestu radices tam in altum fixerat, ac tam late se diffuderat, ut tametsi nonnulli ingenio & doctrina prastantes plurimum insudaverint, omneq; studium, & operam quam diligentissime impenderint, quo errores, qui ignavia & negligentia emerferant, à re medica excluderentur, eos tamen hactenus radicitus evellere nequiverint. Siquidem non desunt, qui (quamvis hasce percipiant rationes) malint suos prosequi abusos, omni ex parte detestandos, quam candidissime inherere veritati. Quo fit, ut una cum aliis innumeris simplicibus medicamentis etiam legitimo Amomo careamus: cuius vice quidam stirpium impostores ex Gargano Apulia monte profecti, pumulum quoddam semen supponunt, colore nigro, odore melanthii. Quod cum tantillum aromatus respiciat, & gustu acri deprehendatur, excogitarunt, ut facilius ipsum corradere in hominum animis inducere. id proculdubio legitimum esse Amomum: quod tamen (si Dioscoridi fides est adhibenda) semen edit utrarum racemis simile, non autem minutum, quale illud visitur. Insuper mihi sanè non constat, Dioscoridem semen in Amomo approbasse, sed potius ligneam arbuscula materiem, ut in cinnamonomo & cassia videre est, quo fit, ut legitimum Amomum lignum potius, quam semen existimaverim. Sed & turpiter aberrant, qui Serapionis interprete decepti, herbam Pedem columbinum quibusdam vocatam, quæ geranii præse fert speciem, Amomum esse contendunt, & in Amomi locum substituunt, nullam de his historiis inquirentes. Caterum Amomum, quod jure probari possit, nullibi (quod scriberim) in Italia provenit, nec eo aliunde translatum hactenus videre potui, præter quam illud una moderacemosum, baccu piperi aequalibus, quod à Francisco Calceolario superiori anno sum consecutus, dum ille suam theriacam, jure optimo præ ceteris extollendam parabat. Atqui cum omnibus haud concessum sit ut legitimum Amomum consequi queant, acorum (ut Galenus docuit, in ejus loco substituendum

Amomū
spuriū.

Serapio-
nis inter-
pretis la-
pser in
Pede co-
lumbino.

ROSA HIERICUNTEA VIRIDIS.

ROSA HIERIC. ARIDA.



erit. Porro & hi omnino explodendi sunt, qui pro certo asserere non verentur, eam stirpem esse Amomum, quam Hiericun- tam à Hierico Palastina oppido appellant: plantam hanc plerumq; ad nos è Hierico deferunt ii, qui ad sanctissimum RE- DEMPTORIS nostri sepulchrum peregre proficiscuntur. Ea enim est, quam nostrates mulieres rosam divæ Maria vocant. Constat hanc amomum non esse, quod folia alba vitis non proferat, nec ullo spiret odore. Legitimum enim valde odoratum est, adeo ut nares feriat primo statim occursu, originamq; respiciat. Cordus libello de consiciendis pharmacis satis inconstan- ter de Amomo disseruit, quippe in compositione aurea Alexandrina pro certo asserit Amomum verum esse rosam Hiericun- tis: in compositione verò theriaca, sui ipsius oblitus, habere nos Amomum negat. Uruntur Hiericuntea nostrates mulieres tempore partus ad investigandam pariendi horam, quandoquidem (ut ipse fatentur) in aquam demissa non prius sati- scit, quam satis nasci incipiat: tanta inter Christianos irrepit superstitio. Fuchsius in libro de componendis medicamen- tis, quem nuper locupletatum edidit, dum ea simplicia examinat, quæ Theriacam ingrediuntur, eo productus, ubi Amomi racemosi carmine meminit Andromachus senior, omnes Galeni interpretes insinuat huiusmodi: Botrys, Græcè est Bérpov. In hac voce interpretanda omnes Galeni, qui hanc compositionem tradidit, interpretes hallucinati sunt, siquidem Anderna- cus lib. 1. de antidotis, uva convertit: alii omnes, & cum iis Cordus racemosi, Græcè vocem cum Amomi dictione, quæ præ- cedit, conjungentes, quasi verò Andromachus de Amomo racemoso locutus sit: quod certè Dioscorides non Bérpov sed Bo- revvov, appellat. Separanda igitur hæc duæ dictiones per interjectum commixta erunt, hoc nimirum modo, Bérpov, Bérpov, ut nos

Error
quorun-
dam qui
Hierico-
team ro-
sam, A-
momum
cenlent.
Cordus
taxatur.
Fuchsi
opinio
reproba-
ta, qui
Botrym
theriacæ
miscet.

30

40

50

ut nos convertimus: ut intelligamus Andromachum de duabus inter se differentibus herbis esse locutum, nempe Amomo, & botry: hacile. Ex quibus utiq; abunde liquet Fuchsum sensisse, botryn quoq; herbam, de qua Dioscorides agit libr. 3. in theriacam addendam esse. Veruntamen in hoc nos a Fuchio, viro aliqui doctissimo, planè dissentimus: quandoquidem Andromachum non botryn, sed amomum racemosum intellexisse putamus, idq; non sine rationibus, & conjecturis. Et ne longè progrediamur, in primis Andromachus ipse senior Fuchio aperte refragatur: illum enim non invento in suis carminibus, quæ lib. 1. de antidotis in Galeno leguntur, aliter de amomo cecinisse, quàm *ἄμωμον* & *ἀμώμωμον*: quæ quidem due dictiones non ita separari possunt, ut Fuchius opinatur: neq; prior illud unquam significabit, quod idem perperam accipit. Ad hæc non minus, quàm senior, nostra sententia ad stipulæ deprehenditur junior Andromachus: utpote qui in tradenda theriaca compositione, quam soluta oratione descripsit, nusquam (quod equidem legerim) botryn commemoret, sed amomum tantum. Quod et si Damocrates in eadem antidoto describenda carminibus, quæ loco citato à Galeno referuntur, cecinerit *ἄμωμον* & *ἀμώμωμον*, hæc tamen due dictiones non sunt temere, meo iudicio, separanda: nam eas auctor consultò coniunxisse videtur. Quid præterea de Galeno dicemus? etenim is quanquam libro antè dicto sigillatim enumerat, ac diligenter expendit simplicia medicamenta, quæ in theriacam adduntur, tamen nusquam (quantum invenerim) botryos mentionem facit: neq; etiam ejus meminit de theriaca ad Pamphiliæ scribens: quid, si eandem plantam apud Galenum in simplicium medicamentorum censu desiderari omnibus notum est. Addam illud postremo quod inter recentiores Græcos Paulus, & inter Arabes Avicenna botryn herbam theriacæ non inserunt suis. Quæ sanè omnia nostram augent, & confirmant opinionem: cui si illud obijciat Fuchius, quod Nicolaus Myrepsicus in sua theriaca botryn Gallicam habeat, respondebo ego quod Nicolai codex Græcus depravatus est, & innumeris scaturit mendis: id quod ipse Fuchius non negabit, quod idem de Nicolai codice sæpenumero polliceatur. Ex his itaq; satis manifestum fieri arbitror, quod ut Fuchii sententia, quæ theriacæ botryn adijcere contendit, refellenda est, ita Galeni interpretes, qui Amomum racemosum vertunt, probandi sunt, ut qui sint cum Andromacho Dioscoridem secuti: ù enim Amomi Pontici notas perstringens, ipsum racemosum fecit, ut supra in ejus mentione legitur. Amomi meminit Galenus lib. 6. simpl. med. sic inquit. Amomum acoro similem facultatem obtinet, nisi quod acorum siccus sit, majore autem concoquendi facultate Amomum. Hoc Græco nomine *ἄμωμον* dicitur: Latino item Amomum: Arabico, Hamemis, aut Hamama: Italico, Amomo.

Amomi
vites ex
Galeno.
Nomina.

Amomi nomine diversæ proponuntur plantæ: alii pedem columbinum, Geranii speciem, malè: alii ut Eriac Cordus, Val. Cordus & Lonic. Rosam Hiericonta: alii cubebas amomum dicunt, ut Cæ-

III. Amomum, Amomis.



Amomum



Amomis

falp. alii ut Anguillara, piper æthiopicum, quod piper caudatum est: alii ut officinæ, semen Sifonis assumunt: alia denique in notis in Garziam proponitur, quæ pedem columbinum refert. I. Officinarum Amomum semen est plantæ, quam *Σίφων* Dioscorides lib. 3. cap. 55. nominat: quæ Amomum Germanicum, & Sifon hortense Trago, Petroselinum Macedonicum Fuch. Dod. gal. & fol. Lonic. Sifon Taber. Cam. hor. Lugd. figuram lib. 3. cap. 55. invenies.

II. Rosam Hiericonta, Eriac Cordus in suo Botanologico, Val. Cordus Amomum Dioscorid. Hiericonthidam Rosam & S. Mariæ rosam vocant. Rosa Hiericonta, Lob. Cast. Garz. Amomis Diosc. & Plinii & Rosa Hierici, Cæf. Hujus duæ species, altera lignosa tota, fractu cotumax, insipida & inodora, altera lignosa quidem sed fragilior, aromatica, valde odora, intus racematim concreto semine plena: & illud Amomis, hoc verò Amomum Cordo statuitur.

III. Has binas Clusius adjecit suis notis in Garziam: quæ ex Ormus Arabiæ emporio Valerando sub his nominibus (quæ & Lud. & Taber. reservarunt) sint missæ, verum neutrum addit Dioscoridis & Plinii descriptionibus convenire, constant enim (auctore Clusio) hæc fragmenta aliquot ramulis, foliolis quibusdam adeò frequentibus onustis, ut ex folis foliis constare videantur, quæ in extremo tali ordine sunt distributa, ut rosulam efforment. Ramuli isti simul compacti non ineptè pedem columbinum (qualis earum est, quæ pedes hirsutos, seu plumatos habent) referre videntur, nullo tamen singulari odore aut sapore præditi sunt.

Klgat.

COSTUS.

CAP. XV.

Præcellit Arabicus, candidus, levis, eximia odoris suavitate. Secundum locum sibi vendicat Indicus, a levis, uber, ut ferula niger. Terrius est Syriacus, gravis, colore buxeus, & odore feriens. Optimus est recens, albus, abunde plenus, densus, aridus, à teredinibus non erofus, sine graveolentia, gustu calidus ac mordens. Vis ei excafactoria: urinam ciet, menses pellit, vitiiis, quæ vulvam malè habent, tam impositu, quam foru, & suffitu auxiliatur. Contra viperarum morsus sextantem bibere prodest: item adversus pe-

« Omnia
exempl.
ad hoc us
quæ pūxas
quæ nūpōs
as nūpōs
i. qui ple-
nus est, &
niger, &
levis ut
ferula.


E 3

tineas

tineas ex aqua pellit: horroribus ex oleo ante febrium accessiones, & nervorum resolutionibus oblini-
tur: vitia cutis in facie, cum aqua, vel melle illitus, emendat. Additur in antidota, & malagmata. Sunt
qui, admistis helenii Comageni præduris radicibus, adulterent, quod deprehensu facile est: siquidem
neque gustu fervet helenium, neque validum odorem vibrat, ut caput tentare possit.

I. COSTUS OFFICIN. AMARUS.

III. PSEUDOCOSTUS.



II. COSTUS OFFICIN. DULCIS.



Costi co-
sideratio.

Costus, quo usa sunt officinae per longas aetates, in amarum, & dulcem dividi solet: tamen si tum Dioscorides, tum etiam Plinius nec dulcis, nec amari meminerint, sed nigri duntaxat & albi. Galenus quidem scribit leviculam Costo inesse amaritudinem: sed qui inter Græcos scripserit Costum inveniri dulcem, hactenus compertum non habeo: quā- 40

Pseudo-
costus.

vis Mauritan, & eos secuti, dulcis, & amari quandoq; mentionem fecerint. Qui in myropoliis passim habetur, adul-
terinus est: quippe nec ulla odoris suavitate commendatur, nec gustu adeo acri deprehenditur, ut ad motum exulceret, ut
Galenus inquit. Proinde medicamentis, quæ Costum excipiunt, non erit, meo iudicio, imponendum, cum præterea nos pla-
ne lateat, cujusnam planta sit radix. Porro non desunt hodie impostores, qui ex Gargano Apulia monte, quotannis ad
nos conveyunt Pseudocosti cujusdam radices, amari saporis, quæ facie quadantenus Rhodiam radicem repræsentant. Eas
autem pro legitimo costo vendunt nostratibus pharmacopæis, iis præsertim, qui in rei herbaria cognitionem negli-
gentius incumbunt. Plantam nos habere, atque etiam depingi curavimus, ut ex ejus imagine, quam hic damus, dis-
cant imperiti, cujus planta sint radices illæ quæ pro legitimo costo circumferuntur: videtur tamen Pseudocosti planta
quandam præ se ferre maiestatem, & ideo non vulgaris judicanda. Foliis est pastinaca domestica majoribus, densiori-
bus, crispis, & asperioribus, humi accubantibus, caule rotundo paniculato, geniculatoq; bicubitali. E geniculis ramuli 50
oriuntur in universo caule, in quorum summitatibus umbella spectantur melino colore, nudo semine, subrotundoq;

Pseudo-
costum
quale
melius &
quibus
polleat
viribus.

Radice nititur vegeta, crasso cortice, carnosq; vestita colore cinereo splendente. Excalfacit & siccit ordine secundo com-
pleto. Aperit, abstergit, incidit, attenuat. Amara est & acris. Præferunt hanc herbarii, qui eam ex Apulia ad nos compor-
tant, ad omnes capitis, nervorumq; affectus frigidos, quinetiam ad pectoris vitia, ad ventriculi cruciatus: & viscerum
omnium obstructions, & ad renum, vesicæ, & uteri morbos. Ideoq; diutino capitis dolore affectis, vertiginosis, comitia-
libus, stupidis, veteriosis, convulsis, resolutis, asthmaticis, anhelatoribus, tussientibus, ictericis, hydropicis, plurimum con-
ferre Pseudocosti radicem affirmant: quin etiam flatum expellere, vermes necare, urinas, & calculos ejicere, menses, se-
cundas, & partum ducere, sive bibatur ipsa radix, sive decoctum ejus, aut si in fomentis, balneis, & desefionibus adda-
tur. Præferunt eandem ad coli cruciatus, ubi decoctum clystere infundatur, & adversus articulorum morbos, & coxen-
dicum dolores. Nam cum amara sit, nonnihil odorata, & nonnulla sit acedine prædita, hæc omnia Pseudocostum præ- 60

Angeli-
ca. Co-
stus qui-
busdam.

stare posse, facile concedam. Sunt insuper, qui Costi loco Angelicam recentioribus vocatam supponendam existiment,
quorum sententiam magis probandam censerem, quam eorum, qui pseudocostis utuntur: Costum enim hæc radix non
obscurè refert, quandoquidem eximia illa odoris suavitate tam jucundè spirat, ut angelica nomen sibi meritò ven-
dicasse videatur: acris præterea est, nec amaroris omnino experta. Quapropter eos haudquaquam damnandos
putaverim, qui Angelicam Costi genus esse crediderint: contra verò eorum opinionem haud unquam probarim,
qui Zedoariam legitimum esse Costum contendunt. Siquidem his nec Dioscorides adstipulatur, nec etiam Gale-
nus. Ille quidem quod Heleni radicibus, quæ vegeta magnaq; sunt, costum adulterari scribit: hic verò quod plu-
ribus in locis asserat costum ex discussoria, & adstringente constare facultate: adeoq; eximii fragrantissimè esse o-
doris, ut non minus ad unguenta odorata paranda ejus apud antiquos invaluerit usus, quam Malabathri, Amomi,
Cassia,

Zedoaria
costus
quibus-
dam.

Cassia, atq. Myrrha. Quibus tamen tum notis, tum facultatibus prorsus Zedoaria destituitur, quum potius graviter, quam suaviter oleat. Adde quod Costo Galenus leviculam planè amaritudinem, & validam tribuit acredinem, sed hæc in Zedoaria contrario modo se habent, cum in ea validior amaritudo, & acredo remissior deprehendatur. Nec præterea desunt calumniatores, qui dicunt, ut nobis insidientur, Zedoariam non Indicum esse costum, sed Syriacum. Sed quis hos non ridebit, quum nusquam auditum sit in Syria nasci Zedoariam? Indica enim radix Zedoaria est, quæ per mare rubrum affertur Alexandriam Aegypti: verum non ob id negaverim pro Costo substitui posse Zedoariam, ut alias diximus in Epistola. Arabici Costi radices, omnibus astipulantibus notis, misit ad me jam diu Franciscus Calceolarius, pharmacopæus

Costus
Arabicus

IV. COSTUS ARABICUS.

V. COSTUS IRIDEM
redolens.



Costus
Indicus.

Costi vi-
res ex
Galeno.

Veronensis, materia medica studiosissimus, quas pluribus de causis, tanquam pretiosas, inter mea selectiora simplicia servandas duxi. Indici autem Costi frustum deinde à Cecchino Martinello Ravennate mihi missum est, quod secum ex India attulit, ubi vulgò Costi ab Indis vocari dicit. Caterum etsi duo hæc Costi genera cum forma, tum substantia non parum inter se differre videantur, id tamen mihi nullam dubitandi suspensionem affert, cum videam ex Dioscoridis lectione, Arabicum ab Indico non parum differre, & hic quoque à Syriaco. Atque cum Arabicus Costus ceteros præcellat, illum à Calceolario mihi missum, præ ceteris magnifico. Costi vires scribit Gal. lib. 7. de simp. medic. facultatibus, sic in-
30 quiens. Costus leviculam planè amaram, plurimam autem acrem, & calidam in se qualitatibus simul & facultatem cō-
tinet, adeo ut etiā exulceret. Unde ipso cum oleo perficiant corpus ante accessionem in rigoribus per circuitus redeuntibus. Sic verò etiam in resolutis, & ischiadicis, atque in summa in quibus excalfacere partem quamvis, aut ex alto in superficie extrahere aliquem humorem est opus, ad costum
40 confugitur. Eadem de causa urinas, mensesq. provocat: & adrupta, convulsa, ac laterum dolores convenit. Porro ob amaritatem, quæ illi inest, lumbricos latos enecat. Ob eandem & ad contractas velut ex sole maculas, ipse Græci vocant, cum aqua, aut melle usurpant. Inest item statiosa quædam illi temperiei humiditas, per quam & venorem excitat cum vino mulso. Kōg ita Græcè nominatur, quemadmodum Latine Costus, Arabice Kostos, sive Chast, & Italicè Costo. Pseudocostus, Costus vulgaris: Italis, Costo bastardo, & Costo di Puglia.

Nomina.

Costi Arabici, Indici, & Syriaci: seu albi, nigri, & buxei meminit Dioscorides: at Plinius lib. & cap. 12. tantum nigrum, & quod melius sit candicans, novit: & Theophrast. 9. hist. 7. costum inter ea quæ ad un-
50 guenta apta sunt, nominat. Nec quem moveat officinarum sententia, quæ in dulcem & amarum diviserit, siquidem omnis costus Galeno amarum sit, & solum recentiores Græci (inter quos est Actuarius) qui Arabes sunt secuti, costi dulcis meminere: imò is quem dulcem vocant, amarus, & quem amarum nominant, dulcior gustu sentitur. I. Verum quem costum amarum nominant, ut & Lon. & Tab. Helenii Comageni radix est, apud Dioscoridem, quo costum adulterari monet: quare Inula Comaginea Cord. hist. & Costus Comagineus adulterinus officinarum, Lob. icon. Quæ sanè radix adfertur, vel per transversum incisa (quæ nostrum Helenium orbiculato rugarum habitu refert) vel per longum secta II. At costus officinarum dulcis, quo nomine Lon. & Tab. utuntur, Costi pharmacopolarum major species, Camer. in Matth. D. notatus, dicitur. Notare convenit, sæpe costi vice in officinis usurpari radicem per transversum in taleolos sectam, foris fusco, intus candicâte colore: cortice crasso, substantia rara, gustu admodum acri & odore cum teritur, rancidam pinguedinem olens: quæ sanè Thapsiæ majoris radix est, & non
60 sine periculo intra corpus sumitur. In hac ergo radicum incertitudine, suaferim Zedoariam Costi loco assumendam: maximè cum non desint, qui Costum Arabicum, alii qui Syriacum, statuam ipsam Zedoariam. III. Pseudocostus Matth. & Lugd. Panacem costinum nominamus: Costus vulgaris Cast. Herba costa Cæs. Panax chironium Theoph. Cam. hor. cui & ferula sagapenifera quorundam. IV. Costus Arabicus Dioscoridis. C.B. & Cam. Zingiberis effigie costus Arabicus & Syriacus, Adv. & Lob. Costi quoddam genus Zingiberis radicibus simile, Clus. in Garz. Costus Arabicus vel Syrius, Tab. Costus Syriacus & Arabicus Lugd. V. Costus Iridem redolens, an Indicus Dioscoridis? C.B. Costus Indicus, Clus. in Garz. Lugd. Tab. Costus facie radicis centaurii majoris, Lobelo.

E 4

JUN.

JUNCUS ODORATUS.

Σχόνος ἀρωματικός. CAP. XVI.

Meum.
Λιβύη.Dioscoridi
σχόνος.
i. grave-
olentibus
stoma-
chis An-
tiquis
codex.Junci o-
dorati
cōsidera-
tio.Junci o-
dor.
de-
script.Mona-
chorum
opinio
explosa,
dum ju-
cum o-
doratum
offic. spu-
rium cō-
sent.Fuch. la-
plas.
Anguill.
reprehē-
ditur.

tur enim ea, & delectantur maxime: hæc Galenus. Quæ (si licet nobis dicere quod sentimus) potius ridenda quam proban-
da videntur. Arduum quippe fuerit credere, tam ingentem esse camelorum numerum, qui locustarum modo in universum
schœni flores depascantur, ut nulla penitus supersit planta, cui flos non devoretur. Ego enim eorundem florum plenam ha-
bed arcidam, quorum partem Veneriis ad me misit Albertus Martinellus pharmacopœus ad Angeli Myropolium, partem
verò Verona Franciscus Calceolarius materiae medicae admodum studiosus, qui odoris suavitate atq; fragrantia, quin
etiam ceteris qualitatibus omnibus, quæ in Schœniantho requiruntur, ita præditi sunt, ut quispiam sana mentis eos hal-
lucinari manifesto deprehendat, qui communis usus odoratum Juncum adulterinum esse contendunt. Hos itaq; flores Sy-
ria, primus in Italiam misit Cecchinus Martinellus, Alberti præscripti frater, qui non parvo labore ex Arabia sibi afferri
curavit. Planta est Juncus odoratus peregrina, quæ ex Alexandria Aegypti ad nos convehitur. Nascentur in Arabia, Syriaq;
cum in campestribus & pascuis, tum etiam ubi lacus quodam tempore siccantur. Folia habet Caricis vel zææ, robustiora
tamen, sursum spectantia, & sese stipantia, è quibus culmi exeunt zææ modo geniculati, in quorum summitate flores ha-
bentur odorati. Radix est illiima parte villosa odoratq;, sed odor tractu temporis deperditur. Reserunt quidam nasci
odoratum Juncum etiam in Apulia: quin & in Campania provenit, ut Brasavolus inquit Plinii auctoritate. Sed vereor,
ne hallucinetur, quod nec inde flores afferantur, nec palea: neq; etiam id Plinius affirmanter asserat. Is, quo Seplasiarum
passim utuntur, non asseritur aliunde, quam ex Alexandria. Ceterum non parva quidem diligentia, dum emitur, est ad-
hibenda: quandoquidem non desunt impostores, qui ad merces augendas, schœnum palearum & herbarum quibusdam
festucis adulterent. Præterea videndum est, ne vetustate exoleverit: facile enim (ut in libro de antidotis docuit Galenus)
ab hoc vis omnis evanescit. Scribunt Monachi illi, qui in Mesuem commentarios ediderunt, odoratum Juncum, quo passim
officina utuntur, spurium & illegitimum esse, cum hæ palea (ut eorum verbis utar) Dioscoridis schœnum minime referant.
Siquidem radices primum medicinae usui congruas illi inesse contendunt, sed capillorum modo tenues: deinde paleas ipsas
nullam gustantibus acrimoniam relinquere, nullosq; rosarum odore fragrare, si manibus confricentur: nec postremo jun-
cum aliquem proferre, sed calames geniculati interceptos tritici vel hordei modo. Quæ in re (pace eorum dixerim) duplici
errore notantur, primum quod Dioscoridem oscitante legerint: deinde quod illud affirmant, quod experimento procul-
dubio falsum esse deprehenditur. Quod autem Dioscoridem oscitante legerint, cum dicunt schœnum juncum proferre,
non calamum, facile patet, quandoquidem contrarium scribit Dioscorides, ubi schœni usum reddit his verbis. Σχόνος δὲ
τὸ ἀρωματὸν, ὅτι τὸ ἀρωματὸν οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τὸ πικρὸν: id est. Usus est floris, calamorum, & radicis. Præterea quod communis usus schœnos
acrimoniam non habet, pariter falsum est, quippe, ut experimento quotidie comprobari potest, qui non longo tempore con-
sensuerit, linguam mansu vellicat. Quibus palam est, Monachos vel nunquam schœnum degustasse, vel si degustarunt, 60
illum adeo vetustate exoletum fuisse, ut (quemadmodum Galenus inquit) omnem acrimoniam, odoremq; amise-
rit. Quod autem nostri schœni radices tenues sint, nihil ad historiam refert: sive enim tenues sint, sive crassæ, eas non
descripsit Dioscorides. Schœni flores ex Alexandria unâ cum integra planta allatos ego in manibus habui, qui digitis
attriti rosarum odorem emittebant. Quamobrem non temere contra Monachorum sententiam affirmandum putave-
rim, communis usus schœnum legitimum, & probatissimum esse. Sed ii quidem adhuc magis reprehendendi videntur
(non tamen ut eorum dignitati aliquid derogetur) quod in Diagalanga compositione scripserint, radicem galangam
vocatam legitimum esse schœnum, ipsamq; galangam ad nos afferri, quod prorsus à veritate alienum deprehenditur.
Ceterum & in hoc pariter Fuchsum errasse crediderim, quippe qui scripserit sua in methodo, schœniant his stipites nul-
lam acrimoniam mansu relinquere. Est etiam Anguillarius, qui Monachorum fortasse sententiam sequutus, pluribus con-
tendit

Odoratus Juncus in Africa, & Arabia nascitur.
Laudatissimus ex Nabathæa: proximus Arabicus,
quem aliqui Babylonium cognominant, alii teuchitin:
pessimus ex Africa. Eligendus est rufus, recens, floribus
refertus, tenuis, rubentibus fragmentis, qui manibus
confricando rosæ odorem emittit, igneæ mordacitatis
ad linguam. Floris, culmorum, radicisque est usus. Vim
urinæ ciundæ habet: menses pellit, discutit inflationes,
caput aggravat, modicè adstringit, coarctat, excoquit
ac venarum spiracula laxat. Flos ejus in potu utilis san-
guinem rejicientibus, doloribus stomachi, pulmonis,
jecinoris, & renum: miscetur antidotis. Radix adstrin-
gentior est: ideo fastidiis stomachi, hydropicis, con-
vulsis, drachma una cum pari pondere piperis, per dies
aliquot datur. Decoctum vulvæ inflammationibus, ad
desidentium foras, utile est.

Juncus odoratus, officinis Squinantium vocatur: quæ vox,
quamvis depravate, ex planta, & floris nomine componitur,
in unam utriusq; junctis dictionibus. Namq; squinantium si
ad rectam etymologiam referatur, non aliud inferet, quam duas
hasce Græcæ dictiones σχόνος & ὀσόνος, quæ Latine florem junci
significant: σχόνος enim juncum, ὀσόνος vero florem Græcis de-
signat. Veruntamen flos ad nos non importatur, quod tamen mi-
rum non est, cum etiam Galeni tempore non haberetur. Proinde
inquit libro primo de antidotis: his præterea Juncum odoratum
ex Arabia allatum immitti præcipit, quem nescio quomodo schœ-
niantion, id est, junci odorati florem multi vocent, cum nobis
floris copia non adeo suppeditur. Nam etsi tota advehatur herba,
sunt tamen ejus superiores partes à camelis sæpe depasæ: rescun-
da videntur.

tendit

- rendit schœnanthum communis usus, esse adulterinum. Primum quod caulem non habeat Cyperi, ut Dioscorides in Cypero testatur: deinde quod ejus radices similes nostro vocato Phu haudquaquam conspiciantur: praterea, quod antiquis usus fuerit florum, caulis, radicum, non foliorum, quibus tantum nobis est usus. Ad hæc quod in nostratis tum caule, tum radice nullus prorsus odor percipitur, nec sapor, sed tantum in foliis, quibus non utitur Dioscorides. Hæc itaq; sunt Anguillarii argumenta, quæ non parum fortasse valere putaret, qui aliorum sententiam non audierit. Ego verò hisce argumentis ne minimo quidem ungue a priori mea opinione amoveri possum: siquidem ante Oribasium nulla Dioscoridi erat Cyperi descriptio, id est, nec foliorum, nec caulis, nec seminis, nec radices: quo fit ut illa omnia in Dioscoride addita crediderim: adde quod in omnibus exemplaribus Dioscoridis, quæ ad manus sunt, non legitur Cyperum odorati junci modo calamum proferre, sed junci simpliciter, etsi odorati perperam addiderit Ruellius, id quod ipse videtur aperte satis demonstrare Dioscorides cum dicit: *χρῆσις δὲ τῶν ἁπλῶν, καὶ τῶν ὀσφύων*. Siquidem Cyperi caulis nullam prorsus calami faciem refert, cum rotundus non sit, sed angulosus, alba factus medulla, non inanis, nec ulla in parte geniculatus, ut calamus: ideoq; Schœnanthum, rotundum odoratum Juncum vocat Galenus lib. 6. de compos. medicament. secundum locos. Ad hæc non reperiō scripsisse usquam Dioscoridem, Phu radicem habere Schœnantho similem: sed quod Phu superior radix, quæ digiti minimi crassitudinem æquat, ex obliquo adnatas habeat fibras, sive exiguas radices usque similes, quæ in Junci & Ellebori nigri radicibus visuntur. Nam ita habent Dioscoridis verba: *ῥίζα δὲ ἡ τοῦ ὀσφύου, καὶ ἡ τοῦ ἁπλοῦς, καὶ ἡ τοῦ ὀσφύου, καὶ ἡ τοῦ ἁπλοῦς*: quibus lingua Græca peritis facile palam fiet fibras tantum, quæ in Phu radice habentur, Junci simpliciter, non odorati Junci fibræ (ut hic quoq; somniavit Ruellius) comparasse Dioscoridem. Quod verò nostratis odorati Junci non veniant in usum caules & radices, sed tantum folia, prater Dioscoridis sententiam, quod nulla odoris saporisq; vis in hisce partibus reperitur, id evenire crediderim, non quod sit verum.
- 20 Anguillarii argumentum, (sunt enim omnes ejus partes odoratæ) sed quod ita post Dioscoridis tempora invaluerit usus, quandoquidem Galen. universa utitur planta lib. 8. de simpl. medic. facultat. Ego quidem mihi testis esse possum, habere me nunc ad manus aliquot odorati Junci plantas, quarum calami ac radices non minus sunt acres quàm folia: quo fit ut putem rotundum, odoratum Juncum, qui non fuerit exoletus, nunquam degustasse Anguillarium, ut nec Fuchsum. Postremo, si naturale solum ac vires nostræ Schœnanthi recte quidem examinentur, id proculdubio ex Arabia Alexandriam Aegypti importari nos facile negotiatores certiores reddent: & legitimi odorati Junci viribus præditum esse omnes testabuntur Medici, qui curandis ægris sese totos dedere. Schœni vires prodidit Galenus lib. 8. simpl. medicam. ubi sic habet: Schœnanthos modicè calfacit modicèq; etiam adstringit, nec plane à tenuitatis natura alienus est. Aperit, digerit, pellit, incidit, excoquit, modicè adstringit. Quocirca his de causis urinam movet, mensesq; ciet adhibuit sive in fomentationem, sive in potionem: prodest & jecoris, & stomachi, ac ventris inflammationibus: magis eo adstringit radix: quod verò florem vocant, calidius est. Porro in omnibus sui partibus, in aliis magis, aliis minus, gustantibus apparet adstrictio: proinde medicinis, quæ hæmoptoicis, sive sanguinem rejicientibus exhibentur, commiscetur: decoquitur ex gallinaceo jure tota planta, sitq; hinc potus admodum utilis fœminis, quæ uteri doloribus in puerperis laborant. Miscetur Antidotis.
- 30 *ῥίζα δὲ ἡ τοῦ ὀσφύου, καὶ ἡ τοῦ ἁπλοῦς*, Græcis: Juncus odoratus, Latinis: Adcher, Arabibus: Giunco odorato, & Squinantho, Italis: Camels-Hew, Germanis: Paja de la Mequa, sive Paja de chamellios, Hispanis: Paistre de chameaux, Gallis nominatur: Bohemis, Sirii Vuanne.

Junci odorati vires ex Galeno.

Nemina.

JUNCUM odoratum hoc loco proponit Dioscorides, quia aromaticus est, idcirco de eo inter aromata legit: at palustrem, cum non sit aromaticus, in quartum librum rejecit. Lacet Græci plerunq; ut Hippoc. de nat. mulieb. *σχῆνον* absolute scribant, tamen idem de morbis mulieb. *σχῆνον ἡλικόμαλον, καὶ εὐρομαλον, καὶ εὐρόμαλον* vocat: quibusdam *σχῆνον* *μυρμερῶν*, quod in unguenta recipiatur. Celsus, ut à Juncu palustri, & à Cypero seu juncu anguloso odorato distinguatur, juncum rotundum nominavit: quare Juncus rotundus odoratus nominari poterit, Juncus quintus & odoratus, Dodo. gal. Juncus odoratus. Lob. Clus. in Garz. Lac. Castor. à Costæ. Cæs. Lugd. Schœnus, id est, teres odoratus Juncus, Cord. hist. & in Diof. Schœnanthum, Lon. Tab. Cam. cui & juncus floridus seu aromaticus.

Καλάμος ὀσφύων.

CALAMUS ODORATUS.

CAP. XVII.

Calamus odoratus in India nascitur. Melior est fulvus, dense geniculatus, & qui assulosè frangitur, plena araneorum fistula, albicans, lentus in mandendo, & adstringens, cum aliquanta acrimonia.

50 Urinam potu ciet: quare cum graminis, aut apii femine coctus, in aquæ subter cutem fusæ morbo, renum vitiis, stillicidio urinæ ruptisque commodè bibitur: menses & potu, & appositu pellit: tussi suffitu medetur per se, aut ex resina terebinthina, hausto per arundinem fumo: ad muliebres infellus decoquitur, & clysteribus imponitur. Malagmatis, & suffusionibus odoris gratia commiscetur.


Calamus, & Juncus odoratus (ut Theophrastus est auctor lib. 9. cap. 17. de historia plantarum) trans Libanum montem, inter ipsum Libanum, & alium quendam montem parvum valle minima exeunt (non, ut quidam dixerunt, inter Libanum, atq; Antilibanum) inter quos campus amplissimus, & pulcherrimus est, quem Aulonem appellant. Quæ verò calamus, & juncus proveniunt, lacus in amplius spatium, juxtaq; eum palustribus seccatis isti assurgunt: occupant locum plusquam triginta stadia. Virides nequaquam esse videntur, sed sicci: forma verò nihil ab aliis differunt. Locum ingrediendi protinus odor aspirat, non tamen longius spirat, ut quidam referunt: hic enim locus à mari plus est, quàm stadia centum quinqueaginta. Sed in Arabia aspirationem agri odoratissimam esse inter omnes constat: hæc de Calamo Theophr. Cui etiam subscribit Plin. lib. 12. cap. 22. ubi sic habet: Calamus quoq; odoratus in Arabia nascens communis Indis, atq; Syria est: in qua vincit omnis à nostro mari centum quinqueaginta stadiis. Inter Libanum montem, aliumq; ignobilem, non (ut quidam existimaverunt) Antilibanum, in convulle modica juxta lacum, cujus palustria estate siccantur, tricenis ab eo stadiis calamus & juncus odorati gignuntur: nil ergo à ceteris sui generis differunt aspectu. Sed Calamus præstantior odore statim è longinquo invitat, mollior tactu, molliorq; qui minus fragilis, & qui assulosè frangitur. Inest fistula araneum, quod vocant florem: præstantior est, cui numerosius reliqua probatio, ut integer sit, damnatur alibi. Melior quo brevior, & crassior, lentusq; in frangendo: hæc tenus Plinius. Sed certè satis palam esse arbitror (ut in acori commentariis diximus) quàm magno ducatur errore Brasavol. Ferrar. quod tam facile sibi persuaserit, legitimū odoratum Calamum illam esse radicem, quæ temerè omnibus in dentis.

Calami historia ex Theophrasto.

Ex Plin.

Brasavoli error, calamū odoratū, Acorum offic. cre-

phara



pharmacopolis illius vicem explet, quamq; verum esse acorum superius pluribus rationibus comprobavimus. Quandoquidem primum ex ipsa Calami appellatione, deinde ex eo, quod dixerint Theophrastus & Plinius, non differre hunc formam a reliquis sui generis id est, ab omni arundinum genere, utiq; constat odoratum Calamum genere, & forma arundinem praeseferre, odoratum tamen, non autem esse radicem. Quocirca Plinius Dioscoridem fortasse secutus, dixit. Fistula (hoc est cavitati) inest araneum, quod vocant florem: non autem radici, ut falso contendit Brasavolus, araneum illud inveniri in vulgari illo officinarum. Ad hac Plinius lib. 24. cap. 11. dum plura arundinum genera, & vires recenset, idem aperte ostendit, his verbis. Arundinis genera 29. demonstravimus, non aliter evidentiore illa natura, quam continui is voluminibus tractavimus. Et quoniam plura genera fecimus, illa, quae in India Syriaq; nascitur, odorum unguentorumq; causa, urinam movet cum gramine, aut apii semine decocta: cit & menstrua admota: medetur convulsis duobus obolis pota, jecinori, renibus, hydropi, tussi etiam suffitu, magisq; cum resina: hac Plinius. Sed praeterea vulgares calami radices, quas acori esse censemus, assulose nequaquam frangi possunt, sed transversim, quemadmodum & iridis. Quos ut eorum innotescat lapsus, qui Calamum odoratum radicem esse contendunt, qui tamen (ut aperte ostendimus) nil aliud est quam arundo. Caterum si quispiam dixerit, has radices, quarum est usus, esse calami odorati proprias, non acori, illud sane argumentum destruit, quod intuentibus evidenter apparet: quandoquidem etsi complures illius acori radices habeantur, quae sicca gerunt in cacumine folia, iridi omni ex parte similia, nulla tamen usquam inventa est, quae secum arundinis trunculum cacumini annexum deferat: nempe acori proprium, non odorati calami est, iridis folia ferre. His itaq; rationibus Fuchsi quoq; sententia improbanda mihi videtur, quippe qui putaverit in sua methodo, vulgarem officinarum calamum veri odorati calami esse radicem. Porro minime quidem compertum habeo Dioscoridem, nedum Galenum, qui ex odoribus, ac saporibus vires aequae, ac qualitates omnium simplicium medicamentorum accuratissime investigavit, dixisse aliquid odorato Calamo inesse amaritudinis, quam tamen in acoro haberi Galenus prodidit, qui calami odorati vires pluribus descripsit, lib. 8. simpl. medicamentorum sic inquit: Calamus odoratus leviculam quandam adstrictionem, ac minimam acrimoniam possidet: magna ex parte essentia ejus terrena est & aerea, in caliditatis frigiditatisq; conjugatione temperata. Quamobrem moderate urinam movet, & facultatibus, quae jecori, & stomacho imponuntur, misceri potest: tum in fomenta quoq; uteri quae phlegmones gratia, aut irritandis mensibus assumuntur, utiliter admiscetur. Ponatur itaq; habeaturq; secundi ordinis eorum, quae excalfaciunt, & desiccant, valentius tamen desiccant, quam excalfaciant. Inest quoq; ei quaedam partium tenuitas, velut aliis omnibus odoratis. Ceterum illorum compluribus tenuium partium plurimum, calamo vero non multum adest: hac Galenus. Quibus facile patet, Calamum officinis vocatum, legitimum esse nequaquam, major enim illi inest acrimonia, quam suo referat Galenus. Ea q; propter legitimum calamo odorato nos esse hoc aro destitutos fateri non dubitaverim, id quod etiam aliquibus satis persuasum esse puto. Nam propter ea sunt qui libellum secuti de substitutis medicamentis falso (ut mea quidem fert opinio) Galeno adscriptum, sphagnum, id est, muscum arboreum, calami odorati loco supponendum esse velint: quam equidem sententiam ut hactenus probaveram, ita etiam literis mandaveram. Nunc autem quoniam illud mihi absurdum videtur, quod ea medicamenta inter se commutari debeant, quae contrariam facultatem sortita sunt, cujusmodi esse deprehenduntur calamus odoratus & sphagnum, ideo non temere cogor mutare sententiam, atq; ab illis desistere: sed quid pro calamo odorato recte substitui posse credamus, alibi, Deo concedente, explicabimus. Ejus nomen Graecum est Καλαμὸς ἀρωματικός: Latinum, Calamus odoratus: Arabicum, Hasabel, aut Casab aldatira: Italicum Calamo odorato, Calamo aromatico.

Calami

CALAMI duo prima genera sunt, alter vulgaris seu palustris, & alter odoratus aromaticus, hic Hippocr. de natur. muliebri καλαμῶ, Calamus odoratus Plinio, Dod. gal. Cast. Calamus Arabicus, Plutarcho, Alexandrinus, Celso: Calamus aromaticus, Theoph. & Galeno dicitur: ut & Lac. Lon. Tab. Ar. Lobelus calamum odoratum Libani proponit, cui similem Camer. in Matth. habet. (cujus frusta à Cl. viro Bernhardo Paludano Frisio una cum aliis accepimus) qui an cum Matthioli conveniat, consideratione dignum. Verum cum officinae vero destituantur Calamo aromatico (ipsum enim Acorus est) substitui poterit cum Galeno, Cardamomum, vel hujus loco Squinantum ipsorum, cum sapore & odore penè convenient Calamus & Juncus: si & hoc exoletum sit, Calamus aromaticus, officinarum sit succedaneum, sed in minori dosi, cum in caliditate & ficcitate gradu uno Calamus aromaticus officinarum, Calamum Dioscoridis superet.

Βάλαμον.

BALSAMUM.

CAP. XVIII.

Balsamum arbor albæ violæ, & lycii, sive pyracanthæ magnitudine conspicitur. Folium rutæ proximum, longè candidius, perpetuò virens. In Judæa solum quadam valle, & Ægypto nascitur: his differens modis, scabritia, proceritate, gracilitate. Quod igitur tenui, & capillacea coma est, theristum vocant, quasi demessile: fortasse quoniam ob gracilitatem facile demetatur. Æstivis sub ortu canis ardoribus, arbor unguibus ferreis inciditur, manatq; è plaga b succus, quem Opobalsamum vocant: sed tam exiguo stillatu, ut annis singulis, ne plures quidem, quàm seni septenive congi cogantur: inibique pondus duplo rependitur argento. Succus probatio est, ut sit recens, validi odoris, syncerus, non ad acorem vergens, dilui facilis, lævis, adstringens, ac modicè mordens gustu. Sed variè vitatur misto ab aliquibus terebinthi, cypri, lentisci, balani unguento: item fusino, metopio, melle, aut d Cypria cera liquida. Quod malefium facile deprehenditur: namque merus in lancem vestem fusus, & neque maculam facit, neque si eluatur, notam relinquit: vitiatum autem inhæret, & lac instillatus coagulat, quod adulteratus non efficit. Quin etiam syncerus in aqua, aut lacte celerrimè liquatur, coloreque lactescit: vitiatum vero olei modo innatat, se convolvens, aut in stellæ modum diffundens. Syncerus senescens crassescit, deteriorque redditur. Hallucinantur, qui aqua concreta pessum ire, & ad ima fidere arbitrantur: postea dissipatum supernatare. E ligni genere, quod Xylobalsamum vocant, probatur recens, s farmento tenui, fulvum, odoratum, quadantenus opobalsamum spirans. Necessarius etiam feminis erumpit usus: quare eligatur flavum, plenum, grande, ponderosum, mordens gustu, fervens in ore, modicè opobalsamum olens. Adulteratur semine hyperici simili, quod à Petra oppido defertur. Sed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignavia, sapore piperis. Efficacissima vis inest succo, & quàm maximè calfaciens: abstergit quæ tenebras oculorum pupillis offundunt: medetur perfrictionibus vulvæ cum rosaceo cerato appositus: menses quoque, secundas, & partus extrahit: horrores illitu discutit: ulcera fordidâ expurgat, & cruda concoquit: utinam potu ciet: ægrè spirantibus prodest: datur in lacte contra aconitum haustum, aut serpentium ictus. Miscetur acopis, malagmatis, & antidotis. In summa præcipua auctoritas succo, secunda femini, minima ligno. Semen commodè potui datur doloribus lateris, pulmonum viriis, tussi, ischiadicis, comitialibus, vertiginosis, orthopnoicis, urinae difficultati, torminibus, ac serpentium moribus: ad muliebres suffitus perquam utile est: vulvam aperit in deflectionibus balnearum decoctum, & humorem evocat. Lignum eisdem habet vires, aliquantò minores. Ex aqua potum cruditatibus, torminosis, vullis, venenatorum ictibus opitulatur: urinam cit, ad capitis vulnera cum sicca Iri convenit: squamas ossium extrahit, & ad unguentorum spissamenta additur.

Antiquius balsamum (ut Plinius libro 12. cap. 25. est auctor) in duobus tantum hortis, utroq; regio, altero jugerum viginti non amplius, altero pauciorum, uni terrarum Judæa concessum erat: sed postea propagata admodum fuit species, cum Judæa ipsa simul cum Balsamo Romani potiti sunt, qui veluti politicarum pretiosarumq; rerum propagatores, tam dignam, claramq; stirpem raram non esse tulerunt: itaq; eam malleolis ferendo, atq; iterando, non secus ac vites in colibus propagantur, latius accreverunt. Quocirca Justinus quoq; hac de Balsamo memoria prodidit: Opes gentis Judaicæ ex veltigalibus opobalsami crevere, quod in his tantum regionibus gignitur. Est namque vallis, quæ continuis montibus, velut muro quodam cincta, ad instar castrorum clauditur: spatium loci ducenta millia jugera, nomine Hierico dicitur, in ea valle sylva est & ubertate, & amœnitate arborum insignis: siquidem palmeto, & opobalsamo distinguitur: quanquam species hujus insignis, ac pretiose arboris plurimum adaugeta sit: hac Justinus. Scripsit Balsami historiam etiam Strabo lib. 16. sua geographia, ubi sic habet. Hiericus est campus à montana quadam circumdatus, quæ in theatri speciem ad ipsum declinat: hoc in loco est palmetum palmis abundans: spatium stadiorum centum, & totum irriguum, & habitationibus plenum, ubi & regia est, & Balsami viridarium. Quæ arbor odorata est, & fruticosa, & cytis, & terebintho persimilis: ejus corticem vulnerantes, succum in vasis suscipiunt tenaci lacti persimilem. Sed alibi etiam, quàm in Judæa nasci balsamum eodem libro idem testatur, præter Plinii, & Solini sententiam, cum inquit. Et apud Sabæos thus, & myrrha, & cinnamomum nascitur: in ora etiam balsamum, & quadam alia planta valde odorata: hac ille. Oriri etiam Balsamum in Arabia testis est Pausanias in Bactria, magnitudine fruticis myrti, foliis amaraci sub cuius umbra innumera apricantur vipera, & suavissimo ejus liquore aluntur. Sed quonam modo sit factum (ut in Syriam peregrinantes uno ore fatentur) quod hoc tempore omnibus sanè Balsami plantis Judæa sit penitus destituta, cum olim sola Balsami ferax à compluribus crederetur, quid certi dicam, & quibus auctoritatibus id comprobem, sanè non habeo. Verum cum certo sciam probatissimorum virorum testimonio, qui ex Italia solventes pluries in Ægyptum navigarunt, in urbe quam Cairum vocant, Balsami viridariorum extare, illud fortasse evenisse putandum est, quod è Judæa ab Ægypti regibus, quibus universa subiciebatur Syria, omne in universum Balsamum eo fuerit translatus, quò decoris inde plurimum regia accederet. Quanquam Balsamum in Ægypto quoque provenire antiquorum monumentis mandatum est, ut ex ipso Dioscoride constat, atq; etiam ex Galeno libro primo de antidotis, cap. 4. ubi de melle agit componendis antidotis idoneo. Veruntamen diu est, quod in Italiam, ne in totam dicam Europam, neque lachryma, neque semen, neque lignum, neque cortex importantur, nisi adulterius, & imposturis vitiatum. Caterum non modo fuit id ætatis nostræ adulterium, sed & antiquorum, ut auctor est Theophrastus, qui hac de Balsamo lib. 9. cap. 6. de historia plantarum posteritati memoria mandavit. Balsamum in valle Syria provenit: ejus hortos duos tantum affirmant, alterum viginti jugerum, alterum multò minorem. Arboris magnitudo, quæ malo pu-

a Meum, & Drag. non habent.

b Meum, i. li. quor.

c Meum, i. li. quor.

d Omnia exempl.

e Omnia exempl.

f Omnia exempl.

g Omnia exempl.

h Omnia exempl.

i Omnia exempl.

j Omnia exempl.

k Omnia exempl.

l Omnia exempl.

m Omnia exempl.

n Omnia exempl.

o Omnia exempl.

p Omnia exempl.

q Omnia exempl.

r Omnia exempl.

s Omnia exempl.

t Omnia exempl.

u Omnia exempl.

v Omnia exempl.

w Omnia exempl.

x Omnia exempl.

y Omnia exempl.

z Omnia exempl.

nic magna: rami multi: folium ruta simile, candidum tamen, perpetuo virens: fructus similis terebintho tam magnitudine, & figura, quam colore. Is quoque, admodum odoratus est, & magis quam lachryma. Colligi lachrymam in caudice, & parte superna tradunt, facta incisura unguibus ferreis sub sydere, cum aestus maximè angit: collectum vero estate fieri tota. Sed quod manat, multum non esse, vix enim toto die concham posse impleri: odorem tamen inferri eximium, & copiosum, adeo ut ex parvo spatium per longum odor valeat permeare. Verum syncerum ad nos nullum advehi, sed quod mistum colligitur: plurimus enim mistionibus vitari, quodque, Græcia venditur. Ideoque, Galenus lib. 1. de antidotis narrabat,

BALSAMI ARBOR.

Xylobalsamum officinarum.



Opobal-
samum.

Carpobalsamum officinarum.



Cortex
Balsami
ut inci-
datur,

Carpobal-
samum
non legi-
timum.

cum non ignoraret, opobalsamum diversis modis adulterari posse, ita ut difficulter ementi discerni queat, se proprio oculorum intuitu cernere voluisse & quomodo cresceret Balsamum, & quomodo lachrymam mitteret: voluitque, syncera ejus lachryma partem habere, veluti regulam ad dignoscendum alios Balsami liquores: qui per orbem ab impostoribus vitari circumferebantur. Legitimum autem opobalsamum notis omnibus comprobatum, vidi tamen ego apud Imperatorem Ferdinandum Primum, Dominum meum clementissimum, à Solimano Turcarum Imperatore dono missum, quibusdam cum nonnullis aliis muneribus. Cui simile omnino mihi visum est illud quod anno superiore detulit ad me Tridentum Franciscus Calceolarius Veronensis, rei medicæ admodum peritus: id ille acceptum referebat Reverendissimo Danieli Barvaro Electro Aquileiensi Patriarcha, ad suam parandam Theriacam: itaque mirari desinant invidi, si eam præ cæteris jure optimo laudaverim, atque prætulerim. Modus autem incidendi corticis, ut inde liquor effluat, apud auctores sanè varius est: quandoquidem Theophrastus, & Dioscorides arborem dixerunt unguibus ferreis scalpere, ut inde vulnerato cortice fluat lachryma. Plinius verò contra, si ferro incidatur, statim ficiari, atque emori scribit: ob idque, qui opobalsamum colligunt, inquit, vitro, lapide, ossibusque, cultellis ad corticem vulnerandum utuntur, deinde succum lana excipientes in corniculis colligunt. Ceterum cum mecum sæpius cogitaverim à tot imposturis, quæ indies fiunt, nos cavere non posse, non alienum fore duximus illud in hominum memoriam revocare, quod si unquam opobalsamum venale inveniat (tamen si in Italia per longas at æres non amplius ipsum venturum putem) non ematur, nisi prius de eo omne fiat periculum, quod clarè cognoscatur omnibus in præstare tum notis, tum facultatibus, quæ illi ab auctoribus tribuuntur. Ad hæc Balsami fructus, sive semen, quod CARPOBALSAMUM vocant, ab eo quidem longè differt, quod his temporibus ex Alexandria comportatur. Siquidem optimum legitimumque, flavum sit oportet, farctum, ponderosum, gustu mordens, & servens in ore: non autem nigrum, leve, inane, non acre, & nullum spirans odorem, quale, quod circumfertur, deprehenditur. Quo fit, ut non aliud suspicandum sit, quàm quoddam hoc idem sit semen hyperico

rim à tot imposturis, quæ indies fiunt, nos cavere non posse, non alienum fore duximus illud in hominum memoriam revocare, quod si unquam opobalsamum venale inveniat (tamen si in Italia per longas at æres non amplius ipsum venturum putem) non ematur, nisi prius de eo omne fiat periculum, quod clarè cognoscatur omnibus in præstare tum notis, tum facultatibus, quæ illi ab auctoribus tribuuntur. Ad hæc Balsami fructus, sive semen, quod CARPOBALSAMUM vocant, ab eo quidem longè differt, quod his temporibus ex Alexandria comportatur. Siquidem optimum legitimumque, flavum sit oportet, farctum, ponderosum, gustu mordens, & servens in ore: non autem nigrum, leve, inane, non acre, & nullum spirans odorem, quale, quod circumfertur, deprehenditur. Quo fit, ut non aliud suspicandum sit, quàm quoddam hoc idem sit semen hyperico

hyperico simile, quod etiam Dioscoridis aro. a Petra Palestina oppido deferebatur. Hoc idem ligno evenit, quod Xylobalsamum vocant officina Græcos secuta, quippe quod passim in iis habetur, potius myrtum, quam Balsamum refert. Corticis non meminit Dioscorides, quamvis dixerit Plinius libro 8 cap. superius citatis, ipsum quoque in usu medentium esse. Balsamum memoria prodidit Galenus lib. 1. de simplicium medicamentorum facultat. sic inquit Balsamum desiccatur, & excalfacit secundo excessu. Est autem tenuium partium, adeo ut odoratum sit. Sed liquor ejus subtiliorum etiam partium est, quam ipsa planta, non tamen adeo calidus, ut quidam existimant tenuitate partium falsi. Porro fructus ejus persimilis generis facultatis est, ceterum longe in subtilitate partium inferior. Placet eidem Galeno (ut in libello de supposititiis medicamentis illi adscripto legitur) ut Balsami vice statim myrrha, aut oleum, in compositis medicamentis commodè inseri possit: xylobalsami verò loco leucioi radix. Porro quid carpobalsami vice supponendum sit, nullibi apud eundem reperi, tamen si in quodam incerti auctoris libello, quem seplasiarum Quid pro quo nuncupant, pro opobalsamo oleum terebinthinum, vel laurinum, vel gummi hederae, subjiciatur, pro carpobalsamo hederae corymbus: & pro xylobalsamo hederae ipsius lignum, tantum ille hederae tribuit auctoritatem. Sed alia est opinio nostra: Nam ipse libentius pro opobalsamo oleum myrsicæ nuci, vel styracini supposuerim, quam terebinthinum, vel laurinum: pro xylobalsamo agallochum: & pro carpobalsamo vulgares cubebas. Quod autem Carpobalsami locum cubebæ rectè supplere possint, plerique rei medica studiosi id mecum sentiunt. Sed addam præterea, quod si ea mandantur, dentibusve conficiantur, mordent gustum, ferventes in ore percipiuntur, & aromatis non modicum respiciunt, quas nimirum qualitates Balsami fructui inesse Dioscorides testatur. Hinc igitur fit, ut in hoc a Fuchsi viro aliquo doctissimo planè dissentiamus, namque in libro, quem de compositione medicamentorum nuper auctum edidit, Carpobalsami loco leucioi radicem supponendam censet: eo quidem argumento (ut inquit) quod ita scriptum repererit in eo Galeni libro, cui titulus est de substitutis medicamentis. Verum cum ipse nesciamus, quam (quod quidem legerim) in legitimis Galeni libris invenerim, hunc auctorem, si desit Carpobalsamum, substituere, vel viribus proximam facere leucioi radicem, cui nulla prorsus inest qualitas, neque facultas, quæ Carpobalsamo respondeat, non est, cur in hoc Fuchsi probem sententiam. Ceterum assertur jam (ut audio) ex occidentalibus Indis liquor odoratis finis liquido styracis admodum similis, quem qui deferunt, appellant Balsamum, quod notat nonnullas Balsami præ se ferat. Verum tamen cum teste Strabone Balsami lachryma lacteo colore sit, crediderim potius novum liquorem: hunc veram esse statem, vel styracis liquorem, quam Balsami: ob idque non esse penitus ab re, si quispiam eo Balsami loco uteretur. Quidam recentiores cum se Opobalsamo destitutos conficerent, illud artificio quodam non sanè damnando componunt. Faciendi modum sic habeo: ego enim hæc ratione pluries ipsum mihi confeci. Sumito resina terebinthina, abiegna, cujusque libram: thuris albi ladani, cujusque unc. sex: nardi Indici drac. duas: radicem phu, iridis, acori, asari, cyperi, singul. drachman: mastiches galange, caryophyllorum, castia odorata, zedoaria, cujusque drach. sex: nucum myrsicatarum unc. quat. 30 macis unc. unam: agallochi unc. duas: gummi elemi unc. sex: aloes hepaticæ, myrrhæ, cujusque unc. unam & semis: castorei drach. decem: osium cariorum, styracis calamitæ pinguis, laseris odorati, sing. unciam: lachryma sanguinis draconis sescunciam: storum lavendula unc. quatuor: olei unguentaria glandis unc. sex. Quæ ex his attrita sunt, in pulverem contrito, liquoribusque admisceto. & vitreo organo (si nescis, Chymistas consulito) diligentissime vi commensurati ignis oleum elicit. Primum enim clarissima tenuissimaque, emanat aqua, tenuissimarum utique partium, quæ igni admodum modo quodam admirabili flagrat: hæc aqua Balsami dicitur. Deinde defluit oleum colore aureo, & substantia inter tenuem, & crassam, quod oleum Balsami vocant. Postremo verò id manat, quod Balsamum vocant, rufo colore. Aqua quæ prius fluxit, ventriculi imbecillitate affectos, hausta mirum in modum juvat: siquidem tum pituitam, tum flatum valenter consumit: sed quod acerrima sit, dari sanè per se nequit, nisi vino, aut jure aliquo admista. Liquor deinde, qui secundo stillicidio fluxit, quem quidam ceteris præferunt, misce nervorum vulneribus, compaginum cruciatibus, convulsis, resolutis, comitialibusque succurrit. Ultimam verò oleum hæc omnia similiter præstat, verum debilius. Pollent hi liquores & ad alia innumera corporis incommoda quæ brevitate consulentes silentio involvenda duximus. Balsamum sic Græce dicitur, ut Latine etiam Balsamum: Arabicè, Balsem, Bolefma, aut Belsan: Italicè, Balsamo.

Balsamum duplex est, naturale & artificiale: naturale aliud veterum, aliud recentiorum: veterum est Balsamum Judaicum, de quo Dioscorides, Theophr. Galenus, Plinius, Pausanias, Strabo, Justinus multa: arbuscula foliis rutæ proximis, floribus albæ violæ similibus (ut figura hic ex Prospero Alpino adposita, qui eleganter de eo scripsit, exprimit) fructu Terebintho magnitudine, figura & colore farcto ponderoso, gustu in ore fervente: quod in India & Ægypto provenit. Ex quo tria in usum assumuntur medicum, succus, fructus & lignum arboris. Succus Opobalsamum ex inciso caudicis cortice parte superna sub canicula colligebatur: hujus succedaneum Galenus statim fecit: potest substitui Balsamum Peruvianum, vel in hujus quoque defectu, Terebinthi genuini liquor lymphidissimus, cum viribus opobalsamo respondeant: alii sumunt oleum Caryophyllorum: alii oleum nucis moscatæ. Fructus Carpobalsamum dicitur, & quod officinæ habent adpinximus, quos veros Balsami fructus esse, statuit Alpinus: at quia exoleti & carioli habentur, sunt qui semen Terebinthi, vel Lentisci immaturi, cum horum vires Carpobalsamo respondeant, substituant: alii nucem moscatam, alii Caryophyllos: Cubebæ etiam sed in minori dosi, cum gradu uno caliditatis & siccitatis Balsamum superent, antibalomenon esse possunt. Lignum ipsius Xylobalsamum offic. dicitur, cujus figuram adposuimus, ut apud eos invenitur: huic fortè Lentisci furculi, modò non carioli sint, sed recentes, nec odorem amiserint, succedere possunt, cum ii sint temperie modicè calfacientes & exsiccantes, moderatè quin & astringant & aromatica sint: alii tamen Maceris & Cyperi æquales partes: alii santalum flavum: alii Cubebas substituunt. Balsamum recentiorum quæ 60 duplex est: Indicum, Americum, novum ex Hispaniola & Tolutanum. I. Indicum seu occidentale, quod ex occidentali India in Hispaniam adfertur, liquor est arboris Indis Xilo dictæ punica malo majoris, foliis urticæ similibus ferratis & tenuibus: cujus cortice, qui tenuis est, vulnerato liquor tenax, subalbidus, paucus, quem incolæ sibi reservant, effluit. Sed ex ramis & truncis assulatim & minutim concisis, & cum aqua in lebetè decoctis, ubi refrixerit, conchis oleum supernatans colligunt, quod ex nigro rubet, odoris suavis, gustus acuti & aliquantum amari, cujus libra in Hispania nunc tribus aut quatuor ducatis væniet, cum olei unc. una decem aut viginti venderetur. Calidum & siccum est gradu secundo: sumitur in corpus foris illinitur, & chirurgicis remediis permiscetur. Plura apud Nicolaum Monardem lib. de simpl. Indiæ Occidentalis. II. Balsamum Americanum, quod ex Americæ, sive novi orbis continente adfertur, seu Peruvianum, liquor est arboris vastæ magnitudinis, ad radicem ramosis, duplicique cortice, quo vulnerato ex medio spacio alba, lymphidissima, & odoratissima lachryma effluit, cujus gutta li-
F
bram

Xylobalsamum.

Balsami vires ex Galeno.

Succedaneum balsami.

Cubebæ pro Carpobalsamo.

Fuchsi opinio improbare de succedaneis Carpobalsami. Balsamum Indicum novum.

Balsami facti conficiendi ratio.

Balsami facti vires.

Nomina.

Balsamum Judaicum.

Balsamum Indicum.

Balsamum Americanum.

Balsamū
ex Hispani-
ola.

Balsamū
Toluta-
num.

bram prædicti per decoctionem collecti, ut autor est Monardis, præstat. Hujus fructus ciceris aut pisi grano non major aliquantulum amarus, filiqua angusta digitum longa, alba, tenui, includitur. III. Balsamum novum, quod ex insula Hispaniola adfertur, succus est plantæ sponte nascentis, arboris magnitudine, ad duorum hominum proceritatem interdum assurgente, caulibus cinereis, foliis supernè viridioribus, acutis, costa per medium divisis, foliis sex digitorum longis, quatuor cum dimidio latis, pediculis rubescentibus, fructu racemoso longo, acinis rubentibus: ex asparagis & summitatibus, ut etiam racemis, expressus succus in aqua ad medias coquitur ad mellis crassitudinem: quo ad ulcera & vulnera utuntur, Balsamo efficacius: Plura apud auctorem generalis Indiarum historiae. IV. Tolutanum, quod ex continentis quadam provincia inter Carthaginem & Nomen Dei sita, Tolu ab Indis appellata, liquor est arboris pumilæ pino similis, ramosæ, foliis instar Ceratiæ perpetuo virentibus: cujus cortice inciso, 10 arbori veluti quibusdam cochlearibus, è cera nigra confectis, adnexis, liquor colligitur ex rubro ad aureum tendens, dulcis, odore Limonum fragrantiam referens, quod præstantius eo quod ex nova Hispania adfertur, & ad omnia, ad quæ & Balsamum Ægyptium efficax: plura in appendice historiae Lugdunensis.

Aspalathus.

ASPALATHUS.

CAP. XIX.

a Meum
& Cat. Ev-
dādy, i.
lignosus.
b Meum
meger, i.
i. unguē-
tarii.
c Meum.
dādy, i.
fardida
narium
ulcera.

Aspalathus, aliis crysiceptron, frutex est a furculosus, multis spinis horrens. Nascentur in Istro, Nisyro, Syria & Rhodiorum insula: quo ad unguentorum spissamenta b pigmentarii utuntur. Optimus est gravis, detracto cortice rubescens, aut in purpuram vergens, densus, odoratus, gustatu amarus. Est & alterum ejus genus candidum, lignosum, sine odore: quod deterius habetur. Vim calfaciendi cum 20 adstrictione obtinet. Unde decoctum cum vino ad tetra oris ulcera colluenda convenit: ad nomas genitalium, & c fardida ulcera infunditur: subiectum in pello, partum extrahit. Alvum sistit ejus decoctum: & sanguinis rejectionem poru cohibet: urinæ difficultatem, inflationesque discutit.

I. ASPALATHUS RHODIUS.

II. ASPALATHUS ROSEUS.



Aspalathi
confide-
ratio: nō
esse San-
talū ru-
brum.

Aspalathus quidem ex Creta, Rhodo vel Syria ad nos (quod ego sciam) non advehitur: quare errant (mea quidem sententia) qui putant Santalum rubrum legitimum esse Dioscoridis & antiquorum Aspalathum. Quorum errorem Serapio manifeste prodidit: quandoquidem de santalo agens, nullum (ut assoleat) affert Dioscoridis testimonium, sed tantum suæ gentis nititur auctoritatibus. Quod maximo argumento est, santalum rubrum nihil cum Aspalatho habere cognationis, & præsertim cum plures in eo desiderentur Aspalathi nota. Meminit tamen Serapio Aspalathi sub Arabico nomine Darisaban, ubi leguntur omnia, quæ de ipso tradidit Dioscorides. Huic alia validior accedit ratio, siquidem Aloisius Cadamustus, Columbus, & Pinx omnes in suis navigationibus ad orientales Indias aliasq, ignotas terras, continuas santalorum vecta proceritate sylvas unanimiter vidisse narrant. Quod longè abest ab Aspalatho, qui frutex humilis est suaviter odoratus, amarulento gustu: quæ in rubro santalo non deprehenduntur, rubrum enim santalum odoratum non est. Quod si quandoq, odoratum sentitur, id (ut optime norunt periti myropola) non evenit, quod ex se tale sit, sed quod, dum unā cum albo & flavo importatur, quæ odorata sunt, ex illis sibi odorem asciverit, qui tamen tractu temporis facile evanescit. Porro Ruellius (ni fallor) mediocri censura non vacat, quod pro certo asserat, id legitimum esse aspalathum, quod Rhodium oleastrum nonnulli vocant: quo item quondam agallochi vice utebantur myropolia. Cujus materiam cum & in seplasis, & apud artifices, qui precatorias (ut ita dicam) coronas ad Deipara Virginis salutationes torno consciunt, diligentissimè semper scrutatus, ea sanè nigra partim, partim verò ex nigro flavoq, venosa mihi sese obrulit: rubram autem, & subrubram (ut

Ruellius

Ruellius inquit) nunquam me vidisse ingenuè fateri possum. Adde etiānum, quod sit (quemadmodum Rhodii nar-
rant) hac planta ex olearum genere Rhodio tractu abundè proveniens, quæ olivas etiam proferat, sed nec multis spinis
horrens, nec detractō cortice rubescens. Quamobrēm (ut mea fert opinio) Aspalathus non erit Rhodium oleastrum, quan-
quam sententia nostra non subscribat Anguillarius. Ille Constantinum Myropolam quendam Rhodium testem adducit, Anguil-
lara nota-
tur.
ego Rhodios alios à quibus de his omnibus diligenter sum percontatus, qui plantam hanc oleastrum, non Aspalathum vo-
cari dicunt. Itaq; cum nobis Aspalathus desit, qui tamen facile ex Rhodiorum insula afferri posset, suppleat ejus locum vi-
ticis semen: sic enim in Galeni succedaneis scriptum reperio. Atqui manifestò hallucinatos esse cum Ruellium ipsum,
tum Anguillarium, palam facit Aspalathus, quem mihi primus superiori anno dono dedit Franciscus Calceolarius Verod-
nensis, rei plantaria peritissimus, & deinde ejusdem Aspalathi truncus humani brachii crassitudine à Bartholomæo Rolleo Aspala-
thum ve-
rum è
Cypro
allatum.
Medico, & rei medica perito, & à Constantino Sylvestrio pharmacopæo Ariminensi ex Cypro Insula ad me missus: cum
huic, qui ejusdem generis est, cum altero à Calceolario misso, nihil penitus desit, quod in legitimo Aspalatho comprobando
desiderari possit, & præsertim cum non solum detractō cortice, purpureo colore resuscitat, gustu sit amaro, & materia den-
sitate gravis, sed quod Castoreum non obscure respiciat, ut Plin. inquit lib. x. i. cap. 24. Ceterum & illud quidem mirum
videri debet, (quod Cyprii referunt rei plantaria periti) ex centum Aspalathi plantis, vix reperiri duas, aut tres, quæ o-
dorata habeantur. Porro quoniam non ignoro, non defuturos calumniatores, qui (ut eorum est natura) testimonium
hoc nostrum impugnabunt, Aspalathi hujusce truncum mihi seruo, ut si fortasse eorum aliqui illum videndi, examinandiq;
causa ad me concederent, possint suam ipsi accusare proterviam, & mentis amorem abstergere, si fortasse contigerit, ut
ipsis olfacientibus, ego nasum ligno sursum impulsio ita protrudam ut inde sanguis profluat & emergat, ita enim puto, fu-
turum mihi negotium ad eorum castigandam temeritatem. Meminit Aspalathi Galenus lib. v. i. simpl. med. sic inquit: Aspalathi
vires ex
Gal.
Aspalathus gustu quidem acris simul & adstringens est: facultate verò ex dissimilibus constat, nempe partibus suis acribus
excalfaciens, partibus verò aliis, auferis scilicet, refrigerans. Itaq; utriusq; ratione desiccatur, & proinde ad putredines,
& fluxiones est utilis: hætenus Galenus. Ceterum quò etiam hi nostri commentarii Santala redoleant, posteaquam an-
tiquiores Græci eorum non meminerunt, de his hic differere non alienum duximus. SANTALUM itaq; in utraq; India Santalo-
rum con-
sideratio-
nes & vi-
res.

III. SANTALUM ALBUM
& citrinum.

SANTALUM RUBRUM.



sylvis densissimis, ingentissimiq; nascitur. Cujus tria numerantur genera: quorum præfertur pallidum, secundum lo-
cum habet album, postremo rubrum, quod nullo commendetur odore: priora duo suaviter spirent. Quapropter Mauri-
tanorum sententiam minime probandam putaverim, qui Santalum tertio ordine frigesacere, siccare verò secundo memo-
ria prodiderunt. Rubrum (ut ipsi asserunt) privatim desfluxiones prohibet: incandescentibus inflammationibus, poda-
grisq; ex succo solani, aut sedi, vel portulacæ utiliter illinitur. Candidum ac pallidum, ex rosarum aqua fronti imposi-
ta, capitis dolores mulcent. Adversantur omnia calidis febribus: epora astuanti ventriculo mirificè auxiliantur. Fiunt
ex his, & aqua rosarum epithemata, quæ ventriculo illita ejus fervorem in ardentissimis febribus extinguunt. Ad hæc (ut
Auctor est Avicenna libro de viribus cordis) santalum non modò cordi efficacissimè latitiam affert, sed & robur non par-
vum addit: quare his immiscetur medicamentis, quæ cordi, & cordis palpitatiōni maximam opem præstant. Quod
avvada ab Græcis, Latinè item Aspalathus vocatur: Arabibus, Darfsahan: Italis, Aspalatho. Nomina.

Aspalathus dictus *παρα τὸ μὴ ῥαδίως ὑπὸ τῶν πλεονέκτων ἀποσπᾶσθαι*: quod non facile evelli sive eximi queat e corpore eorum, qui in eam impegerunt, quare Plato 10. de Repub. refert Tyrannos Aspalathi spinis apud inferos laniari. Hippocrates 2. de nat. mulieb. *μέλαινα ῥίζα* radicem nigram cum aliis in vino ad fluxum uteri bibendam exhibet, quam Galenus in lexico Hippocrateo dicit esse radicem Aspalathi aromatici appellari. Plinius meminit li. 12. fruticis Aspalathi, qui sit spinosus, nec ubiq; odoratus, ubi videtur alterum Dioscoridis Aspalathum intelligere: at lib. 24. meminit spinę sylvestris in Oriente, quo loci videtur Dioscoridis Aspalathum voluisse exprimere. Sed hac de re plenius in universali nostra historia. Usus erat corticis ex radice, ut ex lib. de Theriaca ad Pisonē cap. 13. & de Theriaca ad Pamphylum in magmate Hedychroo, qui Theriacam Andromachi senioris ingrediuntur, colligere est: requirit enim *ἀσπάλθου ῥίζαν*: cuius etiam usus in Trochiscis Cyphi Damocraris, qui Mythridatium ingrediuntur, de quibus Galenus 2. de Antidotis. Quare cum eo destituantur officinae nostrae, de antiballomeno cogitandum. Galenus in succedaneis (modo ipsius sit) Erices fructum, aut semen Agni casti substituit: sumi potest aut lignum aloes, aut santalum citrinum odoratissimum, aut agni casti seu viticis semen. II. Rhodius Oleaster, dicitur Rhodium lignum Cord. in Diosc. cui & olea aethiopica videtur. Aspalathi tertia species Penae & Lugd. quod pro Agallocho saepe venditur, quare Agallochū & Xyloaloe folida & ponderosa, Cord. hist. cuius duae species, altera albicat & torulo est cinereo: altera rubet, & hoc Aspalathi 2. genus est Penę & Lugd. Rhodium lignum rubescens. Cord. in Diosc. Aspalathus roseus, Lobelo in iconibus. III. Sandal Arabes vocant: veteribus Græcis inditū, ex recentioribus Actuarii meminit Arabes imitatus, qui flavum *αίργον* vocat. Album & pallidum Garzia autore, in nucis juglandis magnitudine attollitur, foliis virentibus lentisci æmulis, flos ex cæruleo nigricans: fructus cerasi magnitudine, viridis, mox niger, insipidus & facile decidens. Arbor inodora, nisi jam detractō cortice exsiccata, odor enim in medulla est, quare id quod multum medullę & parum ligni habet, præfertur: utraque arbor ligni tantum colore differt. Santalum pallidum, officinae citrinum vocant, aliisque præfertur quia odoratius, sed minore copia advehitur: hoc videtur esse santalum Machoziri apud Mesuem, quam vocem Monachi odoriferi reddunt: Cordus citrini speciem odoratissimam quæ rarius cum albo & citrino vulgari adfertur, censet: quare Franciscus Alexander in suo Apolline, quartum santalorum genus esse voluit: aut Garzias existimat dictum Machazari, quasi ē Malaca petatum: aut Mazafrani legendum, quod pallidum aut croceo colore infectum sonat. In defectu citrini candidum substituemus, non albi & rubri partes æquales, ut Sepulveda fecit. Censet Cæsalpinus flavum quod habemus, candidi medullam esse. At rubrum (Lotum veterum censuit Cord. in Diosc.) quod decorticatum assertur ligno Breßilio dicto saepe adulteratur: verum licet utrumque sit inodorum, attamen santalum rubrum neque dulce est, neque inficere debet. Brasilium & dulce est & inficit: ponderosior quin etiam & solidior santali materia, ideo aquæ injectum statim fundum petit. IV. Verum & Breßilii (quod ex Brasilia adferatur) ligni duo genera sunt, alterum rufum, alterum citrinum: rufum, aliud ruberrimum, aliud in rufo candicat. Similitudinem quandam habet cum Acere, crassitudine Guajaco æquiparatur, fibras rectas habens: hoc tinctoribus ob rubedinem quam decoctione deponit, expetitur. Citrinum verò Bugia vocatur, baculi longi sunt, crassitudine fere qua manum impleant, rectis etiam fibris, tenues assulæ in aqua decoctæ luteum vel citrinum colorem, quo fullones utuntur, remittunt.

MUSCUS. CAP. XX.
Byron.
Conclusio non legit Orib. **BR**yon, [id est, Muscus, à quibusdam splachnon appellatur. In cedro arbore, populo alba, & quercu invenitur.] Optimum est cedrinum, proximum populneum: in quo genere candidum & odoratius præstat: nigricans improbat. Adstringendi vim habet. Decoctum insidentium vulvis utile. Unguento balanino, oleisque inspissandi gratia inferitur: thymiamatum, acoporumque compositionibus conveniens.
addit. Musci in caliditate, & frigiditate. **G**alenus lib. 11. de simplicium medicamentorum facultate. & post ipsum Paulus non modo Muscum, qui cedris nascitur, intactum non reliquere, sed præterquam quod populus, & querni meminerint, de eo etiam annuum, qui in picea arbore abieti cognata ovitur, tradiderunt. A qua ipse quidem in vallibus Anan montibus supra Tridentum muscum admodum villosam propriis manibus quampluribus decerpit, multo sane odoratiorem pulchrioremq; quam qui in populo, & quercu provenit. Nec minus piceo suaviter olet abiegnus, quo in eorundem montium silvis abietes innumerat adeo villosas, incanasq; mihi videre sæpius contigit, ut prima statim facie crediderim villosi fiondium loco in in arboribus genitos esse. Sortitur arboreus Muscus varia ac diversa nomina: quippe & muscum & bryon, & sphagnos, & splachnon, & hypnon appellatur. Meminit huius Plinius l. xii. cap. xxiii. sic inquit. Sphagnos in Cyrenaica provincia maximè probatur: alij bryon vocant, secundum locum obtinet Cyprius, tertium Phœniceus Fertur & in Aegypto nasci: quin & in Gallia non dubitaverim. Sunt enim hoc nomine cani arborū villi ex annosis plerumq; arboribus dependentes, colore subalbicante ac incano quales in quercu maximè videmus, sed odore præstantes. Lani prima candidissima: atque altissima: secunda rutilis: nulla nigra. Et in insulis, petrisq; nati improbantur, omnesq; quibus palmarū, atque non suus odor inest: hætenus Plinius. Ceterum in eo genere quod in Italia provenit, is & nobilior, & odoratior apparet, qui in larice nascitur: quapropter & viribus fortasse præstantior erit. Nimirum recordor me non parum eo quandoque fuisse oblectatum, dum nocturno tempore quibusdam in montibus super fœno recumberem, ex conquisitu plantis defatigatus, ubi larices innumera erant omni ex parte villosi musco incana. Quandoquidem pastores, ut nos veluti re nova & voluptuosa reficerent, quodam parvo igni lumine hos villosos incendebant, qui tanto flagrabant imperu, & crepitu, ut nobis quidem viderentur tormentorum pulverem facile superare. Quippe flammæ una cum ingenti favillarum copia, in obscura noctis silentio ad astra tolli videbantur, relicto sui odoris oblectamento. Unde illud existimaverim, quod Galenus, cum bryon in quercubus, & piceis inventiri tradiderit, non solum de picea intellexerit, sed etiā de congeneribus plantis nempe abiete, larice & pinu. Is autem lib. vi. simpl. medic. citato, ita de eo scriptum reliquit: Bryon, quidam verò splachnon: invenitur autem in quercubus, & piceis & populo albis. Vim habet adstringentem, invalidam: nec enim multum est frigidum, sed propinquum ferme medijs: quia videlicet & digerendi, & emolliendi facilius est particeps, maximè quod in cedris ligni reperitur. Muscum officina Arabes secutæ sneam vocant: inter quod Serapio epotum vinum retulit, in quo diebus aliquot usnea maduerit, altū somnum inducere ventriculum roborare, vomitiones compescere, & alvum sistere. Recens decerptus & oleo rosaceo imbutus capitis dolores à calore exortos mirificè mulcet. Sanguinem è vulneribus manantem compescit impositus arctiq; adalligatus. Expetitur quernus, laricem, ac etiam abiegnus unguentariis ad pulveres odoratos parandos, quos Cyprios vocant Adhas



30

Ad haec Muscus (ut Avicenna inquit) utiliter inter Cordis medicamenta inseritur, quod odoris fragrantia animi defectus juvet. Est & planta, cuius superius in celtica nardo meminimus, quam recentiorum quidam TERRESTREM MUSCVM appellat. Hae longae viticulae ubique oblongis numerosissimisq. foliolis circumvestitae, funiculi instar habet, quae saepe ad septem, octoq. ulnarum longitudinem protenduntur, compluribus utrinque adnatis ramulis, pariter foliolis circumseptis, ut piceae arboris summitates. Tota planta tactu sicca est, & subaspera, colore ex viridi pallidente. Serpit humi, & inter saxa musco scatentia, nititurq. radicibus plurimis capillaribus ex ipsius viticulis prodeuntibus ut in hederæ. Emittere Iunio mense, in ramusculorum summitate julos corylaceos ferè similes, subflavo colore. Nascitur in sylvis sabulosis, & in vis locis, & praesertim inter muscosos lapides. Hanc plantam pro celtica nardo, adhuc aliqui usurpant Myropola, qui vulgares sequuntur errores. Praestat tota planta ad calculosos affectus: nam si vino albo incoquatur, eo epoto, renum calculi franguntur, pellunturq. certissimo experimento. Idem contusus, & deinde ex aqua decoctus, inflammationes, & calidos dolores admotus mulcet, ob idq. hoc auxilium à multis usurpatur ad podagram à calore proveniente. In vinum pendulum positus brevi restituit illud. Sed quoniam arboreus muscus odoratissimus Moschon mihi in memoriam redegit, qui ab oriente & occidente, quibusdam pilosis utriculis conclusus defertur, etsi Dioscoridis Galeniq. avum hunc silentio praterierit, nos tamen haud quaquam dissimulanda putavimus, quae ad hanc rem pertinere arbitramur. Siquidem hi nostri commentarii merito de me conqueri potuissent, si eos tanta odoris suavitate destitutos reliquissim, praesertim cum omnibus palam sit ubique terrarum Moschum inter pretiosa odoramenta primam sibi comparasse sedem. Quippe non modo collo, auribusq. suspensus, vestimentis interpositus, chirobeci illitus, crumenis conclusus, ore retentus, & barba & superciliis inunctus defertur Moschus, quo alarum, nariumq. radia, sudoris graveolentia, & insuaves corporis halitus occulantur, lascivia oblectamenta augeantur, molliorq. politia fiat: sed etiam ut odoris suavitate Deiparam virginem concilient, ne dicam, ut hac fucata hypocrisi lasciviam dissimulent (eo enim vanitatis perventum est) Moschum ipsum in orbiculos componunt, quibus funiculo trajectis angelicas salutationes in caelum eructant: omnia denique, quibus miscetur Moschus, sua odoris jucunditate commendat. Quod si haec lucubrationes eo forte caruissent, verendum quidem erat, ne cum illis gratiam iniissent, qui mira undique odoramentorum fragrantia redolent. Quamobrem ut & ii sibi unguenta omnium praestantissima, odoratissimaq. comparare valeant, Moschi primum, deinde vero liquoris Zibetti vocati, & Ambari denique historiam, & facultates describam. MOSCHVS itaq. (ut Ruellius ex Aetio, transcribit, si tamen ea Aetii legitima sunt, cum potius Simeonis Serbi esse videantur) plura habet genera. Praefertur qui in municipio quodam nascitur, quod magis quam Chorasae civitas ad orientem vergit: hoc barbaro nomine Pat dicitur, colore subflavo. Secundam sibi sedem arrogat, qui ab India defertur, prior bonitate cedens, colore subnigro. Eo infirmior censetur qui à Sinarum agro mittitur. At Moschus omnis in umbilico cuiusdam animalis gignitur, quod caprea simile est, unico armatum cornu, prae grandi corpore. Huic cum in venerem agitur, furoris vehementia umbilicus intumescit, fitq. vomica praegnans congesto inibi crassiore sanguine: quo tempore & pabulo, & potu ferum animal abstinet, humiq. crebro volvitur: qua versatione umbilicum lutofo, faculentosq. sanguine turgentem exprimit. Caterum emissae sanies post aliquod tempus sibi magnam odoris suavitatem adsciscit. De Moscho inter Arabes scripsit diligenter accurateq. Serapio, his verbis. Animalia capreis non dissimilia, quae Moschum gignunt, in Tumbascorum, & Sinarum agro potissimum habentur, loca invicem contermina. Tumbascinus Sinico longe praestantior est, quod caprea Moschum gignentes & nardum, & alias odoratissimas plantas depascantur, quod Sinis non evenit: nam etsi haec quoque odoratis vescantur herbis, ea tamen odoris & facultatis praestantia, nardum & ceteras Tumbasci plantas non aequant. Quinetiam in causa est demetendi ratio: quippe Tumbascini è vomica folliculo

Moschi
odorati
vires.

Confe-
ctio ē
Moscho.

Moschi
probatio.

Zibetti
historia.

Zibetti
vires.

saniem nunquam erunt, quo adulteria permisceant, & non nisi sereno caelo syncerum legunt. Sinici verò vomica utri-
culum exprimunt, & exclusā sanie imposturas quasdam admiscunt, núbilo parumq; arridente celo, & alabastris recon-
dunt. Is ceteris praeferat, qui maiore odoris fragrantia redolet, & qui è vomica maximè matura eruitur. Sunt & inter
hac animalia, quae ab aliis Moschum ferentibus nullo discrimine differunt, praeterquam caninus vocatis dentibus: quippe
hac verrum modo exeros palmi longitudine dentes habent, & pariter Moschum praestantissimum gignunt. Moschus pra-
cox tetro, & insuavi odore displicet, verum venatores immaturi folliculos excutientes, tantisper eum libero aëre suspen-
dunt, dum abactio prorsus satore maturuerit: ut enim aëris coctione perfectā, miram sibi conciliat odoris suavitatem.
Veruntamen praecipuus habetur, qui suapte natura in animalis utriculo sibi maturitatem comparaverit. Hunc incolae
per saxa metunt, & arborum truncos, namque animal cum vomica maturam esse praesentit, & saxis & truncis sese
magno oblectamento affricat, donec facta vomica emissario tota saniei vis effundatur. Hic ceteros sanè antecellit, tan-
quam solis coctione, & celi benignitate maturitatem ultimam consecutus. Hunc itaq; Moschum inde venatores colligen-
tes eorum animalium utriculis asservant, quae alias venatione captaverant: uig. ille Moschus est, quo reges & donantur,
& utuntur. Moschus excoalscit ordine secundo, siccatur verò tertio. Cor frigidum, ac tremulum roborat, & omnibus ipsius
affectibus opem praestat potius, atque illius. Detergit tennes oculorum albugines, & humiditas defluxiones exicat: cerebrum
roborat, & diuturnum capitis dolorem mulcet, si tamen pituita redundantia proveniat. Coles ex eo cicino oleo macerato
perunctus, promptum in venerem excitatur. Fit è Moscho confectio suavis in exiguas particulas digesta, quam Itali ap-
pellant Moschardint, hoc modo. Tragacantha gummi uncia, una cum sanguinis draconis Lachryma binis drachmis,
siillatitia aqua rosarum, duobus diebus maceratur, deinde in mortarium conficiuntur: his adduntur sacchari albisimi
drachma sex, amyli drachma quinque, moschi ex aqua rosarum dissoluti scrupulus: atteruntur deinde pistillo quousq;
simul misceantur, postremo digeruntur in particulas hordei granis haud maiores, & siccantur in umbra. Praestat ad oris
graveolentiam, si una, aut altera portio in ore contineatur. Probat nonnulli, an Moschus legitimus sit, hoc modo. Pon-
das libra examinatum in labellum humore persusum immittunt, tum paulo post iterum aqua lance ponderant, quod si
superferatur, syncerum & legitimum existimant: sin cedat, spurium, & adulteratum putant. Huic simile aliud quod-
piam habemus, sed praeterquam quod mirum in modum oleat; primo statim occurrit odoris vehementia nares admodum
ferit: hoc vulgari sermone vocamus ZIBETTO, unguentum aris maxime expetitum ad ea odoramenta componenda,
qua propriè misturas appellant. Gignitur id in exteriori testiculorum utriculo cuiusdam animalis, feli, qui veteribus adi-
ficiorum ruinis oberrat, non absimili. Catos hac animalia vocant, quos sapius Venetiis vidi ex Syria delatos. Est autem
Zibettum tanquam sudor inter huiusce animalis testiculos conrescens, calida humidag, facultatis. Id cavernula umbi-
lici impositum vulva strangulationibus mirificè prodest: proinde nec mirum est, si eo viri peni circumlito magnum mu-
lieribus in coitu afferant solatium. Adulteratur Zibettum ab impostoribus felle bubulo antiquo, aloë, aqua rosa-

ANIMAL ZIBETTI.



Ambari
historia.

Sethi de
Ambaro.

Ambari
genera &
vires.

Fuchsi
opinio.

Ambari
nostrum
esse facti-
cium.

Nomina.

rum, caryophyllis, & Moscho, sed frans gustatu facile deprehenditur. Porro ex quo AMBARVM aliud odoramenti
genus gignatur, quod nos vulgò vocamus Ambracane, varii varie opinantur. Alii namque tradunt ipsum in maris
alveo, non secus atque in terra fungos oriri, ac deinde savientibus procellis, è profundo elici, & in litus expui. Non-
nulli verò referunt piscem Azelum nomine, Ambarum hoc avidissimè prosequi, cuius esu necem sibi statim consciscere:
quod cum sciant piscatores huius rei periti piscem hunc mortuum, undisque fluctuantem coniectis vncis & funibus extra-
hant, & Ambarum scisso animalis ventre erunt. Quod verò (ut perhibent) proximè dorsi spinam invenitur, id ma-
ximè praefertur aliis. Quidam praeterea in fontibus quibusdam Ambarum natare scribunt, qui bituminis modo illud
eruant. Huius sententia è recentioribus Gracis invenio Simeonem Sethi, qui Ambarum describit his verbis. ampar,
quod & Ambar appellatur, in diversis locis scaturit: sunt enim ejus fontes ut bituminis, & sulphuris, & rerum similitum.
Tria Ambari faciunt genera: praefertur colore fulvum è Selachito Indiae petatum. Aliud subalbidum, quod è Sinchrio fe-
licis Arabiae oppido advehitur. Tertium atrum, & ceteris viribus imbecillius. Excoalscit Ambarum, & siccatur: cerebrum,
& cor olfactu roborat. Senibus, & naturā frigidis opem mirificè praestat: quare iisdem porus, quam juvenibus chiro-
theca Ambaro imbuta concedi deberent. Vino infusum temulentos efficit. Ceterum ex antedictis quae sit Ambari historia
ut verior accipienda, non equidem ausim decernere, quod nihil adhuc certi atque explorati habeam. Neque etiam libet
subscribere sententiae Fuchsi, quamvis viri eruditissimi: qui in libro de componendis medicamentis, quem ultimo loco au-
ctum edidit, Ambarum nostri usus factitium esse censet, atque legitimum Ambarum, de quo scripserunt Mauritanii, quod-
que ipse succini generi adscribit, desiderari. Siquidem non video, quibus rationibus, vel auctorum testimonio hanc suam
comprober sententiam. Muscus arboreus Seror, ὁ ἄλκιμος Gracis appellatur: Muscus, Latine: Axnech, aut Vsnec, Arabi-
bus: Mosco, Italis: Misch, Germanis: Bohemis, Mech & Polonis. Muscus terrestris: Italis, Mosco terrestre: Germanis,
Beerlag. At Moschus odoratus ὁ ἄλκιμος Gracis recentioribus nominatur: Moschus, Latine: Misch, seu Mesc. Arabibus:
Muschio, Italis. Wysem, Germanis: Püzmo, Bohemis. Ambarum autem vocant Itali Ambra: Germani Amber: Bo-
hemi, Ambor: Hispani Ambar.

Musci

Musci vox quaecumque villosam canitiem annosis caudicibus, aut faxis madidis, aut aquis palustribus aut maritimis adnascens significat: idem quod Græcis *βέρον*: Arabibus, *Vinea*: Sphagnum & Hippnum Aërio, Sphagnum Plinio. Triplex est, arboreus, terrestris, & maritimus: hic de arboreo, quia aliquando odoratus est, cuius nomine primas tenet, & a Galeno *βέρον ἀρωματικόν* dicitur, eò quod antiquitas crebro in odoratis unguentis & suffitibus usa sit, ut is qui è cedro, robore, pinu, picea, abiete, & larice dependet, quem privatim Splachnon vocant: aliquando inodorus, ut est populi, ulmi, betulae, pomi, pyri & aliarum arborum. Omnium ferè color viridis, vel albicans, quibusdam fuscior, nonnullis flavescent, aliis subrubens, rarissime niger: sic alter tenuior, crassior alter: quidam brevior, alter prolixior: vilissimus qui ex quercu dependet. Imitatur autem muscus naturam parentis & loci natalitii.

10 Muscum & Muscum arboreum communiter herbarii nominant. II. Muscus hic in quartum librum fuit rejiciendus, qui dicitur Muscus terrestris, Trago. Lon. Cast. Dod. Lugd. Permonaria, Anguil. Lycopodium seu pes lupi, officinis quibusdam, spica Celtica magno errore, Dod. Gal. Muscus clavatus, Lob. Muscus ursinus, Gef. in fracto. Musci genus, Cæs. Lycopodium, Tab. Selaginis species altera & Muscus reptilis, Thal. Chamæpeuce, scholiasti Cordi.

Α' γαλλοχρ.

AGALLOCHVM.

CAP. XXI.

20 **A** GALLOCHVM lignum est, quod ex India atque Arabia deportatur, thuiæ ligno simile, maculatum, odoratum, gustu adstringens cum quadam amaritudine: a cute verius quam cortice vestitur: aliquantulum vericoline. Manditur, aut decocto os colluitur, commendandi halitus gratiâ: b sudores arcet toto corpori insparsum: pro thure ad suffimenta substituitur. Radix epota drachmæ unius pondere, humida stomachi vitia, & imbecillitatem, fervoremque mulcet: si lateris, jecinorisve dolor excruciat, si dysenteriae, aut tormina infestant, ex aqua bibere prodest.

a Ita leg. Catac. & Drag. sed meum *εργυρίον*, sed vereor ne falsò. b *αγρί διαμαρμαδία* τὸν τὴν σάματις *ιστ.* i. siccum tritumq; inspergitur toti corpori Agallochi consideratio.

LIGNVM ALOES.



A Gallochum à Græcis, & Latinis recentioribus, sicuti ab Aphris, Lignum Aloes appellatur. Optimum à Lusitanis è Calecut India emporio ad nos convehitur. Et si etiam Venetias hæc ætate ex Alexandria Aegypti præstantissimum afferatur: siquidem igni accensum suavisimum, ac per jucundum spirat odorem. Nec ob id putandum hoc illegitimum esse, quod *εργυρίον* id est punctis maculatum non sit: quoniam Oribasius non legit *εργυρίον ἐπὶ αἵν δὲ ἐνὸς*, id est: Est igitur odoratum, &c. Quemadmodum nec id etiam legit Serapio, qui nec punctorum, nec macularum meminit: sicuti nec Paulus. Ceterum non diu est, quod legitimum importari cepit: nam licet antea quibusdam non deesset Agallochum verum, nihilominus, quod rarissimum esset, officinae ferè omnes ejus loco, ut superius diximus, oleastrum Rhodium suppeditabant: quem falso existimavit Ruellius asphaltum esse. Nascitur Agallochum (ut Lusitani per meridiem in orientem navigantes testantur) in insula Taprobana, alijsq; consimilibus locis, cujus integro truncos in Lusitaniam, & Hispaniam iidem secum attulere, qui non modò incensi, sed manuum tantum attritu suaviter (ut ajunt) redolent. Porro ubique pretiosum Agallochum est: nam & in locis, ubi nascitur, plurimi pendunt. Verum Agallochum, quod tantopere præstet, hæcenus mihi videre non licuit. Sunt, qui somniantes dixerint, Agallochi arborem vidisse neminem, cum terrestri tantum paradiso proveniat: illudq; ferri fabulantur fluminibus, quæ (ut sacra testantur monumenta) ex eo manant. Atqui pro comperto habetur (ut paucis innuit Serapio) Gangem Indiæ amplissimum fluvium quam plurima secum Agallochi fragmina vehere, quæ tamen in ipsum ducuntur aliorum fluminum cursu, qui in eum conflunt. Quippe cum fluvii transfluant loca, ubi Agallochum provenit, aquarum inundationibus turgentes, hujus truncos, fragmina, ac ramenta rapiunt una cum aliis

Agallochi fabulosa opinio.

60 varii generis lignis, & in Gangem transferunt, quemadmodum in nostris etiam fluminibus sæpè ac sæpius visitur. Cujus rei indicium affert illud, quod Venetiis venditur, utpote quod longo aquarum discursu omni ex parte laceratum, exesum, comminutumq; spectetur. Quamobrem mirum non est, si dum manibus tractatur, id odoris non præstet, quo illud fragrare prædicant ex natali solo in Lusitaniam advectum. Ejus plura numerantur genera, si Serapioni fides est adhibenda, qui ex Abobanisa Arabe ita transcribit. Dicunt Agallochum in Arabia nunquam oriri, tametsi quædam ibi crescat plantæ Nevig vocata, quæ quadantenus Agallochum refert. Verum præstantissimum India mittit: & quamvis hoc genere differat (plura enim Indiæ Agallochi sunt genera) id tamen quod viribus cetera præcellit per excellentiam Indum peculiariter vocant, quemadmodum nigra myrobalana, quod ceteris præsent, Inda pariter appellant. Indum in quadam India insula invenitur, quæ Fimus nominatur. Selectissimum est nigrum, quod varium ostendit colorem,

Agallochi historia, ex Serapione.